Acetum quare a Plumbo distil
letur insipidum

A

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

OTTONIS TACHENII

ANTIQVISSIMÆ HIPPOCRATICÆ MEDICINÆ CLAVIS

Manuali experientia in Naturæ fontibus elaborata,

Qua per IGNEM, *&* AQVAM *inaudita Methodo, occulta naturæ, & artis, compendiosa operandi ratione manifesta fiunt, & dilucidè aperiuntur.*

Seneca in Epistola.

Nunquam meliùs torquebis inuidos, quàm virtuti, & gloriæ inseruiendo.



VENETIIS, M. DC. XCVII.

Sumptibus Combi & La-Nouij.
Superiorum Permissu, ac Priuilegio.

AD LECTOREM CANDIDVM,

Et antiquissimæ Hippocraticæ Medicinæ Studiosum,

PRÆFATIO.

QVàm procliue sit labi, & errare absque veris experimentis, dum abditæ rerum causæ inquiruntur facilè apparet ex Communi hoc sæculo, & nemini inaudita querela, de nouorum librorum inconsiderata editione, & copia, quam nec ego iniquam prorsus iudico. Partim enim quia per se odiosa est sciolorum, & vanorum hominum temeraria scriptorum diuulgatio, partim quia studijs etiam communibus nocet huiusmodi librorum multitudo, quæ à veterum monumentis accurata sapientia, & eruditione refertis complures abstrahit. Vndè haud scio, an illud nobis vsu veni-

re dixerim, vt veterum de veritate ſtudium minori incipiat eſſe curæ. Si quis verò quærat, cur meum quoque hoc preſens extare velim ſcriptum nulla maturitate iudicij, ſed maxima cùm celeritate, nec non alacritate elaboratum, & per conſequens nulla vbertate vſus cum veteribus conferendum, huic ità reſpondeo. Duæ ſunt cauſæ, quæ me, vt denuò hanc antiquiſſimæ medicinæ particulam ederem, impulerunt: prima, anno 1666. emiſi in lucem ueterum philoſophorum neceſſaria dogmata, ſub Hippocratis chimici nomine, & claris ibidem argumentis ab experientia deſumptis oſtendi, IGNEM & AQVAM in eſſentia, radice, & proprietate, omnium rerum primordialia principia ſtatui debere(cum diuinus ſenex libro primo de diæta, eadem Pytagoricorum more tractes argutè ſatis, tamen abſcuriſſimè, ridiculam fortaſſis improbationem timens, & ineptam Confutationem ab Auſtriacis & Noricis Medicinæ decanis eorumq; turpiloquis ſociis, circa rerum cortices

agresti musa astutè admodum versantibus) eò quòd in arcanis inueniendis, & abditis rerum causis perquirendis , hæc validiora existant omnibus probabilibus coniecturis, & vulgo philosophantium placitis ; idque non alio consilio, aut scopo, quam veritatis agnoscendæ studio , quod unumquemque virum probum totis viribus amplecti oporteret , docente sic Aristotele prim: Etic: cap. 4. præstare , imò oportere inquit, *vt veritas sit salua , vel nostra ipsorumet decreta mutare, & tollere. Quicunque igitur veterum codices legerit , & rectè intelligerit , me tàm in Hip: chim: quàm in hoc libello veritatem dixisse , & principia naturalia atque mysteria rara sub clara sermonis serie manifestasse, inficias non ibit.*

In demonstrandis autem rebus obseruaui Geometricorum ordinem , qui à minimo puncto , & à facilimis fundamentis ad maxima difficilimaque gradatim assurgit , quibus mens ingeniosa super ethera scandit: Sic quoque antiquissima Hippocra-

tica medicina & nostra scientia ordine conuenienti primùm ostendit minus rara imò vulgatissima, & ab illis gradatim ascendendo præclariora educit; sic Hermes ab ouo: Hippocrates ab artibus: Morienus à veste: Basilies à cereuisia: Cosmopolita à coloribus &c: & tandèm admirabili modo, tàm in macro, quàm microcosmo (eadem enim ratio) naturæ arcana, & abdita reserarunt, vt eorum principia, rationes, & causæ, quasi in speculo agnoscerentur. Ab hac nostra priuata, explanata, atque tutissima via plurimi viri literati (quos decanorum sociorumque ridiculæ censuræ exponere ratio dissuadet) antiquissimæ huius philosophiæ studiis dediti non parum fructus, & emolumenti exindè se esse assecutos, confessi sunt: deprehenderunt enim hac nostra tradita via Pytagoricum illud: naturam in omni re similem: *non simulatam, & fucatam, sed sinceram, & infallibilem veritatem præseferre.*

Cùm verò antiqua sit inter homines calamitas, vt semper virtus vim

vim patiendo prematur, vitium autem, & mendacium instar spumæ, in hac immunda olla bulliendo semper summa petant. Sic quoque Hippocratem meum antiqua auctoritate, experientia, & ratione suffultum virtute, & veritate spoliare tentarunt, verba mutilando, & sententias peruertendo, ità vt non solùm antiquissimę medicinæ maculam inurere uoluerint, sed etiam in iure crimen falsi committere.

Vt autem huic malo dolo, & callidæ machinationi, præsens aliquod remedium invenerim, operandum mihi omninò fuit de noua antiquæ veritatis editione: Cœpi ergò cogitare, multò plus ex eadem doctrina adolescentum studijs commodi prouenturum, si qua ex malitia mutarunt peruerterunt, & castrarunt, aliquantò correctiora, & integriora efficerentur. Quarè hæc altera causa est, cur denuò ediderim hanc antiquissimę medicinæ partem, quã tot egregijs experimentis, atque rationibus ex antiquissimis naturę fontibus deductis nobilitabimus, con-

firmabimus, atque causas rerum tàm clarè demonstrabimus, vt nullus imposterum rationis, & mentis compos præcipua nostra veritatis fundamenta meritò contemnere, aut improbare possit: ità vt studiosi, qui veritatem optant (quorum quàm plurimi) hac tanquam isagoge, seu manuductione adiuuentur.

Verùm enim verò dubium non est, quin vitio mihi sit imputatura virtutis comes virulenta inuidia (sicut olim primò quòd ostenderim sincerum Mercurij sublimandi modum, quæ calumnia sine risu audita non fuit; Sed ieiunis naturæ interpretibus hoc peccatum est condonandum, resipiscentia optanda: Secundò quod auri & ferri conglutinandi modum docuerit Hip. chim. Cap. 28.) quòd quæ hactenus arcana, & celata fuere, in lucem nunc produxerim. Sed nolite ob id præcipiti iuditio, & cu-sa non satis excussa insontem damnare, oportet enim iudicem ex æquo rationum vtrimque, inter quas iudicare debet, esse compotem. Nam si crimen videatur, me nudam Hippocra-

cratica Medicinæ veritatem uobis omnibus hactenus ignotam detexiße, nolite insanire, & contra me statim contumeliosè vestra maledicta euomere: Sed expendite prius, an non ipsa iam falsis receptis & imposturis fœdata nunc sit vobis exibita nitidæ veritati propinquior, quàm remotior? An non magis auctus ipsius decor, quàm imminutus? Vndè forsan ob id, & ipsa tempore opportuniori suis cultoribus, atque alumnis gratiam sit repensura: neque patrocinium suum aduersus impostorum versutias, & fraudes, neque præsidium aduersus ignorantiæ ferocitatem inficiatura, nè illa prior instar belluarum latrantium alieno dono tabescens, nequè hæc posterior propria cæcitate insaniens amplius in cultiora antiquissimæ Hippocracitæ medicinę viridaria, & amœniora sata contumeliosè, ac petulanter irrumpant, & laudandos prægressorum ingeniorum labores vastent: in cassum illæ mihi sua terriculamenta obiicient; despecti mihi erunt illarum conatus, siquidem veritatem

profidissima, potentissimaque tutrice elegi quæ iam iam prodibit; & in lucem comparens non quidem licentia vltionis stultorum more (vt dicitur) vim vi repellet: sed baculo rationis, & modestiæ percutiet fatuos detractores, vt à stultitia, & fatuitate resipiscant, ità vt imposterùm liuidis suis, & impuris dentibus antiquissimam Hippoc: Medicinam mordere erubescant. Ad te verò candide lector attinet istorum vitilitigatorum in me ob latrantium furiosos impetus coercere, eorumque mendacem linguam ad maledicendum promptissimam refrenare: nè in propria malitia glorientur, totoque die cor eorum iniustitiam cogitet, lingua quoque eorum tanquam acuta nouatula nectit dolos, diligitque malitiam supra æquitatem, & alios præcipitanter inquinat, testante Psalmographo.

Quanta autem cum facilitate incredibili illorum stupiditati & ignorantiæ, per antiquissimam Hippocraticam medicinam succurrerim, nulli veriores sunt testes, quam nobilis-

bilissimi, & clarissimi viri, quos inter quotidiè versor, & auram vitę spiro; & sicut scopulus assilientes undas sine vllo sui motu frangit, & disjicit. Sic æquum erat, & me sine vllo acerbitatis aut iræ motu imperitorum conuitia, ineptias, & deliramenta æquo animo audire, eodemque momento contemnendo negligere. Cum enim vigesimo octauo die mensis Augusti 1668. ridiculum, stultiloquio plenum subscriptum & approbatum volumen accepi, paucos post dies inopinatò Mediolanum ad illustrissimum virum dominum Marchionem Fiorenza, Senatorem præstantissimum vrbis, propriæ sanitatis causa me contuli, in lectica, atque itinere concepi Hippocraticam hanc Doctrinam, quam ante vltimas calendas Nouembris eiusdem anni maturam (quantum argumenti ratio pastulat) edidissem, nisi inquisitorum censura propositum procrastinasset, quod te candide lector scire volui. Faue, si rectè sentis, & ea, quę plebeis nota sunt, Hippocratis decreto solùm ebuccinare memento. Vale.

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquisitore nel Libro intitolato *Ottonis Tachenij antiquissimæ Hippocraticæ Medicinæ clauis* non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, è parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi, e buoni custumi, concedemo licenza a' *Combi*, *e La Noù* di poterlo stampare, osseruando gl'ordini, &c.
Data 27. Decembre 1668.

(Andrea Pisani Proc. Ref.
(Angelo Corraro Proc. Ref.

Angelo Nicolosi Segret.

OTTONIS TACHENII ANTIQVISSIMÆ

Hippocraticæ Medicinæ

CLAVIS.

Acidum, & Alcali antiquissima rerum principia, quid sint.

CAPVT I.

SCire est res per causas cognoscere; docet Aristoteles primo Physicorum: Causæ autem sunt Materia, Forma, & Efficiens. Materia est, ex qua aliquid fit: in natura enim nihil nisi ex præiacent materia, aut subiecto fit. Forma, quæ dat esse rei, & per quam res nomen habet, inuisibilis est. Efficiens est causa, quæ mouet materiam ad finem proprium. Omnes tres causas Hippocrates comprehendit in duo principia necessaria, & sufficientia, vocatque illa a IGNEM, & AQVAM: Raimun-

a *Ignis & aqua.*

mundus Entia Realia: Basilius pugiles, & alio loco gladiatores: alij litem, & concordiam, attractum, & repulsum, rarefactionem, & condensationem, masculum, & fæminam &c. Nos verò pro maiori cognitione, & lumine, duo illa Hippocratica principia *a* ACIDVM, & ALCALI appellamus: quia ex duobus illis principijs vniuersalibus fiunt res omnes in vniuerso, vt paulatim experientia ostendam, vt & ipsa vnica antiquissima veterum medicina, quibus tamen tertium inseparabiliter adhæret: hinc sal, sulphur, & mercurius, tria nimirum quorundam philosophorum principia exorta sunt, & rectè, vt in progressu clariùs apparebit. Hæc duo semper inter se aut amore exardescunt, aut digladiantur litigio, aut multiplicantur, vel alterum alteri contrariatur, ità vt mors vnius sit vita alterius, & quod vnum producit, alterum destruat, vt rursus ex hoc nobilius quodquam oriatur. Hinc optimè Hippocrates hæc duo elementa ignem, & aquam, vel acidum, & alcali, omnia posse, omnia illis inesse affirmauit; ab acido siquidem duæ qualitates masculinæ, calidum sc: & siccum; ab alcali totidem fæmineæ, frigidum sc: & humidum effluentes in mixtorum generationem, concurrunt, & commiscentur.

a *Hippoc: principia acidum & alcali.*

tur. Duobus illis tanquam præcipuis elementis, duo maiori, lumina præsunt: SOL ignis naturæ auctor, & LVNA, humorum domina: *a* Hyle omnium rerum principium ideò dictum fuit, quòd res omnes inuisibili modo ex igne, & aqua generentur; ex his duobus fit calidum innatum omnium rerum, quod in crescentibus plurimum esse pronuntiauit Hippocrates. Res erit clarissima, vbi non auribus tantum, sed & oculis loquemur.

Acidum, antiquissimum principium vt spirituale, sensuum censuræ non submittitur.

CAP. II.

IGnem Hippocratis formale rerum principium, nulla analytica destructione, nullo artis ingenio separari posse ostendit Hippoc: Chimicus de uino, & tartaro Cap. 10. & 18. *b* Hunc Accademiæ Princeps formam: Antiquissimi (vt & sacer philosophus) lucem, & sulphur à similitudine appellarunt, eò quòd (sicut sulphur,) occulte acidum, & pinguem simul se manifestat. Hunc primo loco posuerunt, & spiritum vitalem, atque masculum dixerunt, quià in illo imper-

a *Hyle* b *Lux*.

perceptibiliter tamen nostris sensibus continentur omnia rerum semina (ex insensibilibus namque omnia confiteare principijs constare. canit Lucr: lib. 2.) & omnes res ex illo habent originem, necquicquam in toto mundo nascitur nisi per hunc. Sedem suam habet in aere, quià ventus illum portat in ventre suo, cuius pater, inquit Hermes in parua scedula, est sol. Vndè excelsi ingenij Lullius in Testamento Cap.67. Nos, & multi alij, inquit, vocamus illum a filium solis: nàm primò per solis influentiam fuit generatus per naturam sine adiutorio scientiæ, vel artis: & ideò Aristoteles vocauit solem patrem, & terram matrem omnium vegetabilium, quià sol imprægnat terram calore viuificatiuo, qui posteà in naturalem conuertitur calorem, hicque multiplicatur adiutorio caloris ignis &c. b Vndè posteà per ipsos philosophos vocatus fuit filius ignis: vt apparet ex Bernardo de Tresne tertia parte, qui vocat Aurum ignem purissimum. Aurum itaque si est ignis, & ignis filius solis, & hic spiritus vitalis quem ventus portat in ventre, Hermete teste hæc tria procul dubio erunt fratres, & solis filij.

Et quem ad modum sol cælestis incorruptibilis, constans, & perennis à sapientibus

---

a *Filius olis*. b *Filius ignis*.

tibus fuit iudicatus, & ab ipso eiusdem Auctore tantis dotibus decoratus, vt in eo tabernaculum suum posuisse dicatur, qui ob id forma formarum dicitur, vel acidum acidorum (licet talis à vulgo non aduertatur, sicuti neque aurum) aut forma vniuersalis, quæ in opere generationis omnes formas naturales, omniumque rerum semina in materiam dipositam infundit, quodlibet enim indiuiduorum huius naturæ lucis, uel acidi scintillam in se recondit, cuius radij virtutem actiuam, & motricem semini occultè suggerunt.

Sic quoquè Aurum solis cælestis filius, incorruptibile, constans, & perenne, forma integra, vel accidum perfectum, fixum, & constans est, licet vt antè dictum ab ignaris, & vulgi plebe vt tale non cognoscatur. *a* Nisi enim acidum fixum esset, quomodò adimpleretur philosophorum dictum? Perpetuum facit res perpetuas, & fixum res fixas; ideoque est vniuersum lumen in principio creatum, & in hoc corpus contractum, virtute viuifica, & secreta fecunditate dotatum. Acidum dixi integrum, fixum, & constans, quod tibi vt ait. Raimundus, qui in philosophia nihil vidisti, neque visurus es, vacuum, & innane cerebrum planè bardum, atque stupidum faciet.

Acidi-

---

a *Aurum acidum fixum.*

Aciditatem Auri duobus vulgaribus tamen exemplis oſtendit Hippoc: Chimicus , quæ nunc iterum in veritatis ſolidam fidem ex Nouello Hippocrate in Zoilorum deſpectum producam . *a* Auro enim liquefacto , vel fulſo ſi extremitatem bacilli ferrei immiſeri ferrum in momento vertitur in ſcoriam non aliter quam ſi cum ſulphure accenſo concrematum eſſet, & niſi aurum, ſicut ſulphur commune , occultè acidum eſſet , atque pingue , ferrum ab ipſo non corroderetur. Accidum hoc fixum capere non poſſunt ſuperficiales , & vanitatum ſcriptores Hippocraticæ doctrinæ deſtructores , qui malunt videri , quam eſſe , talem ego gloriolam illis lubens relinquo ; aliud enim acidum non vident , niſi quod ex cupro diſtillata ſemiuiant , & falſo titulo ſpiritum veneris vocant ; quia fixum acidum in natura ex ignauia negant, quaſi in cupro volatile eſſet.

Secundo Aurum puriſſimum ſoluitur in aqua regia , ſoluto inſtilla alcali tartari , quod ſorbet acidos ſpiritus etiam ipſius auri (cauſam docet Hippoc: Chimi: Cap. 7. quod nimirum alcali tartari etiam metallorum naturam amplectatur) & aurum ſic abſorptum cadit in puluerem flaui coloris . *b* Hanc præparationem docet Crollius in Cordiali , vt & Beguinus

a *Crocuſmartis* . b *Aurum fulminans* .

mus ſub proprio titulo Ceraunocryſon: in leuiſſima hac præparatione acquiſiuit aurum vim fulminantem, vel detonantem eò quod eius ſulphur ex ſua propria natura acetoſum, vt Sediuogij verbis vtar cum artificiali nitro aſſocietur, quæ aſſociatio fit in alcali tartari in ipſo puncto, quo hoc in aquam regiam, quæ aurum ſolutum continet, infunditur: modum, quo hoc fieri debeat, docet Hippoc: Chimic: Cap: 7: (nam quæ alibi, & ab alijs rectè dicta ſunt, ea hic otioſè non repeto) *a* Aurum itaque, niſi ſicut ſulphur commune, acidum, & pingue eſſet, ſulphureas non ederet actiones cum nitro, quem admodum ſulphur commune cum eodem nitro pro puluere pyrio.

Si ergò Hermete teſte Sol eſt pater ſpiritus vitalis, qui in aere habitat, & aurum, & ignis huius fratres, neceſſe eſt, vt filij participent de qualitate, diſpoſitione, & proprietate parentis: adeòque ſpiritum illum noſtrum vitalem ſolis filium, *b* ſicut etiam aurum, vt & ignem acida, & pinguia eſſe debere, ratione, & auctoritate liquet, & adſtipulatur experientia. Acidum itaque eſt, & pingue antiquiſſimum principium, & omnium rerum vita, & fons, quod varijs nominibus nominarunt ſcriptores, vt ignem, ſolem, aurum, ſpiritum, ſulphur, formam,

---

a. *Aurum eſt ſulphur*. b *Ignis acidus*.

mam, humidum, calidum, ſiccum, & ſexcentis alijs nominibus, quæ omnia ſynomina ſunt, eſtque eadem res, cui tamen diuerſo reſpectu diuerſa nomina imponuntur, nobis tamen eam hic, & vbique commodiore opportunitate ACIDVM vocare libet.

Hoc in omnibus ſeminibus occultè latitat, quia per ſe quietiſſimum eſt, quandò quidem naturà cuilibet compoſito inſeruit plus de alcali, quam de acido (ſulphuribus excæptis) & ideò non mouetur, niſi excitatum, vt in paſta panis luculenter apparet, quæ tantillo acido fermento, & calore excitata mouetur, & ab illo calore, & motù acidum illud multiplicatur, & niſi rurſus calore internum excedente, vt verbi gratia igne artificiali compeſceretur, ad vitalitatem pergeret, atque in vermes tranſiret. *a* Hinc liquet, ignem naturalem longè alium eſſe ab igne artificiali, atque plurimùm inter ſe differre. Naturalis enim, vel mollis per Hipp: (vt in paſta panis oſtendi) imprægnat, ac fouet, vires infundit, ac ſuauiter mouet, & omnia, quæ pater eius ſol in macrocoſmo eadem prorſus in ſuo microcoſmo ſimiliter operatur. Hinc notandum venit, non homini tantum illud ſuperbum *b* Microcoſmi nomen conuenire, nam quodlibet ſemen, quemlibet

a *Ignis mollis acidus.* b *Microcoſmus quid.*

libet vermẽ, quodlibet membrum inquit Hippoc: ſuum ventriculum habere, & microcoſmum ideo appellari poſſe. Artificialis autẽ omni generationi aduerſatur, nõniſi ex prẹda viuit, ex aliena ruina ſubſiſtit, vitæ deſtructor, & naturæ hoſtis.

A Sole itaque, vt à fonte defluunt acidum naturale, & lumen vitale, quæ reipſa idem ſunt, ſed officio diſtinguuntur: Acidi enim munus eſt ad interiora naturæ penetrare: luminis verò exteriora rei patefacere, vtcumque ſolis radij operentur: adeoque ſol eſt primum naturale organum, cuius acceſſu, & receſſu omnes naturæ operationes variè reguntur, intenduntur, ac remittuntur. Hinc Coſmopolita ingenioſiſſimus: ſi non eſſet vis vegetabilis ſulphuris (id eſt acidum pingue, & filius ſolis) non coagularetur aqua in herbas. Si itàque acidum à Sol fluens infunditur in materiam ex: gr: mineralem, ſtatim, recipit determinationem naturæ, & virtutis mineralis, & ſic de cæteris animalibus, & de vegetabilibus rebus *dixit* Lullius: & propterea quòd hæc aciditas naturalis omnibus mundi materijs copulatur, Mercurij nomen à ſapientibus adepta eſt. Et licet oculus vulgi quotidiè videat acidi naturalis multiplicationem, nec non incorporationem, attamen illud non cognoſcit: Exempli loco ſit minera ſolis petræ Patauij iam euacuata, quæ

quin-

quinque vel ſeptem annorum decurſu rurſus repletur, eſt enim terra eius nutrix *a* Hermete teſte, vndè hic ſpiritus in illa corpus aſſumit, atque fit flammabile nitrum.

Grandius eſt quod in anima voluitur: eſt inſula vulgo *b* Elba parua in Tuſco mari circuitu ſuo 20. millaria italica complectens ferro diues, ex qua per plurima ſæcula ferrum fuit erutum, & hodiè quoque eruitur, ità vt non ſolùm montes ibidem, ſed ambæ duæ inſulæ effoſſæ eſſe debuiſſent, nihilominus ferrum ſemel eductum à viginti annis denuò renaſcitur, & nunc meliùs, quàm olim, eò quòd alcali, vel mater mineralis ibidem rurſus ex ſatiatur à fonte vitali, & accipit metalli determinationem, fitque ferrum.

c Vitrioli quoque minera euacuata in Carinthia, primò libero aeri expoſita, poſteà cooperta ab aliquot annis rurſus repletur; adeòque radices rerum in aere eſſe, admodum peritè dixit Calid.

Si hæc ità ſunt, vt reuera ſunt experientia teſte, quarè acidum à ſole defluens in materiam ſilicis, in illa non multiplicabitur, dureſcetque in ſilicis conſtantiam, & fixitatem? *d* Cum quoſlibet indi-

a *Nitri mater.* b *Elba mater ferri.*
c *Vitrioli mater.* d *Silicis mater fixa & constans in igne.*

indiuiduum naturæ lucis ſcintillam in ſe recondat, cuius radijs corpus multiplicatur, vt oſtendit Hippoc. Chim. cap. 3. Et deinde cum ſilex per artificialem ignem in calcem vertitur, propterea non perit eius acidum, quod cum in vegetabilibus fixatur ab igne externo, vt paulò poſt oſtendam, quid ni etiam in ſilice? *a* pingui itaque & craſſa Minerua eſt acidum in calce negare. Sed hæc vana ſunt argumenta & in vanis & vacuis cerebellis excocta. Miſſis ergò falſis hariolis, ad veritatis ſtudioſos me conuerto.

Alcali quid ſit, & quomodò fiat tàm à natura, quàm ab arte, & vndè eius nomen.

CAP. III.

SIcut in præcedenti Cap ex Hermete, & experientia oſtendi. Solem eſſe patrem ACIDI, nunc in hoc Cap. ex eodem Hermete, & experientia, Lunam eſſe matrem ALCALI docebo. Et quemadmodum acidum ſe non manifeſtat, niſi philoſopho naturali; ſic quoquè alcali non prodit in lucem, niſi detineatur ab acido, quod amat; & primò adducam naturæ operationes, poſtea quomodo ars eas imitetur, mechanicè demonſtrabo.

Thales, Heraclitus, Heſiodus, & Hermes

a *acidum in calce fixum.*

mes cum Hippoc.dixerunt AQVAM esse omnium rerum materiam primam, eiidem etiam assentiri videtur sacræ Geneseos scriptor: tota enim aqua est naturæ femineæ, quoniam rerum semina in se continet, ac fouet, & multiplicem induit figuram: in macrocosmo modò fit vinum, modò acetum, aqua ardens, caustica, oleum &c. in microcosmo fit modò bilis, modo lac, sudor sanguis, vrina &c. horum omnium radix aqua est, & frigida, quæ ab initio tenui acido, vel luce imbuta fuit vt aptior fieret formæ mixtorum suscipiendæ; sic enim ignis igni, lux luci, aqua aquæ facilimè commiscentur: nisi enim ab initio hac tenui luce imbuta fuisset; spiritus vitalis in illa corpus assumere non potuisset illud corpusculum pro maiore intelligentia *a* Alcali nunc voco, experientia sic docente vide Hip: Chim: C.19. Modum autem, quò vtitur natura, istud alcali præparandi, *docet* Nobilis Polumus ille ingeniosissimus Cosmopolita clarissimis, & expressis his verbis. Quandò pluuia fit accipit ex aere illã vim vitę (quã præcedenti Capitulo acidum esse spiritũ ostendi) & coniungit illam cum sale nitri terræ, quia sal nitri terrę est instas calcinati tartari sua siccitate aerem ad se trahentis; qui aer in eo resoluitur in aquam: talẽ vim attrahendi habet illud sal nitri ter-

ræ,

a *Alcali aqua.*

ræ, quod etiam aer fuit, & est coniunctum pinguendini terræ, & quò *a* radij solares copiosius tunc feriunt, eò maior salis nitri quantitas fit, & per cõsequens maior frumenti copia crescit, & hoc de die in diẽ fit. Hactenus ille, qui mihi vnicus inter plurimos sufficit pro auctoritate, quod sc: acidus vitalis spiritus in pinguendine terræ à radijs solaribus fixetur in Alcali qui rursus ex satiari optat ab accido vitali spiritu ex aere in salsum, quod tunc nitrum terræ vocatur, cuius ratio in progressu clariùs apparebit. Vndè rursus alio loco *inquit*, quod hic spiritus habeat sororem (*b* alcali), quam amat, & ab illa amatur viciſſim, nam illi est sicut mater. Quid clariùs dici potest pro alcali præparatione ex acido vitali spiritu naturali operatione? Addo, si spiritus hic per pluuiam ex aere in terram decutiatur, etiam in aquas decidere necesse est, & ijdem radij solares, qui illum in terra reuerberando fixant in sal nitri terræ, *c* pariter illum fixant in aqua si non in sal nitri, saltem in alcali naturale, quo aquæ omnes scatent excæptis distillatis ex cephalicis, cuius rationem docet Hippoc. Chimicus cap. 19. & alibi in sal marinum, alibi in Vitriolum, in minerale alibi secundum matris

B dispo-

a *Solis filius fit alcali.* b *Solis filius amat sororem alcali.* c *Alcali in aqua.*

diſpoſitionem, vt præcedenti capite ex Lullio quoque oſtendi.

a Hoc ex fundamento procedit etiam ſpiritualis plantarum repræſentatio, de qua Hippoc. Chim. Cap. 20. ſi quis quærat, vel dubitet de earum inuentore conſulat, atque perpendat hanc antiquiſſimam veritatis philoſophiam, & arcanorum naturæ ſtudioſus immediatè citra vetularum rixas inueniet, quid quærit.

De ignaris approbatoribus, atque detractoribus qui abſque ſtabili fundamento ſcribunt nil curamus, cum ſcimus, calumniam, (quæ noſtra in poteſtate non eſt) eum, qui infert, flagitium committere, & eum, qui accipit, culpa carere, pati autem illam virtutis amore nihil fælicius, nihil honeſto viro iucundius, vndè incredibili cum voluptate, & lætitia accipitur, cum verò diuturna non eſt, rurſus ſuaptè natura ſine vllo labore ad ortum reuertitur. Sed redeamus.

b In terra autem alcali eſſe, docet experientia per eius extractionem, quia ex terra ſublimatur alcali volatile, quod nondum conſtantiam acquiſiuit, vnde cum ſolum eſſe negligat, in aurus auolare contendit.

Sic ex aqua fieri alcali nutriens, *docuit* Para-

---

a *Plantarum regeneratio ex Hip. pocratica Doctrina procedit.* b *Aacali in terra.*

a Paracelſus per accretionem ſilicis in phiala; liquor enim omnium rerum radix aqua eſt, teſte Hippoc. de diæta: ignis *inquit* omnia mouet, aqua verò omnia nutrit; hinc Lactantius, à quà ſunt omnia: Democritus quoque non ignorabat *b* virtutes aquarum, ideò veritatem dixit immerſam eſſe in puteum. Sic Hermes aqua eſt ſuſceptibilis nutrimenti in hominibus, & alijs, & ſine aqua non operatur natura: vide Hip. Chimic. cap. 19. Pro confirmatione meæ aſſertionis audiamus Nobilem Coſmopolitam. Natura inquit nouit ex aqua in terra fructus producere, & ex aere illis ſuppeditare vitam: id ſonat, niſi in aqua eſſet ſoror, id eſt Alcali, quod amat hic ſpiritus, per ſe non ſubſiſteret, quia ſolus eſſe non poteſt, vt docet Hip. & per conſequens nihil produceret, ſed rediret in patriam; vndè rurſus Hippoc. de Natura pueri; ex paucis *inquit* multa contingunt, quià vniuerſa terræ naſcentia copioſiorem virtutem ex terra attrahunt, quam ſecum à parentibus attulerunt: idem eſt, quod dixit ſupra Coſmopolita pro alcali generatione, cui addit, aqua coagulatur vi ſulphuris vegetabilis in herbas; vbi notandum; niſi hic ſpiritus, vel ſulphur (voca vt lubet) in aqua reperiret, quod amaret: certe non ingrederetur, & nihil coagula-

a *Alcali in aqua*. b *Aqua nutrit*.

ret : nam ſi aqua vi ſulphur vegetabilis coagulatur in herbas, eadem aqua vi ſulphuris mineralis coagulari debet in mineralia, & eadem aqua vi ſulphuris animalis in animalia, vndè debere eſſe nutritiuam neceſſe eſt, ſi aliàs coagulationem ſubire debeat.

a Aqua itàque communis eſt vinum catholicum, & vniuerſale, quod bibunt animalia, vegetabilia, & mineralia, quodlibet ſuo modo : Adeòque negare alcali aquæ ineſſe, eſt contra grauiſſimos auctores, contra rationem, imò contra experientiam ; & qui nutrire aquam pariter negant, ij ex hac negatione nil niſi vniuerſale ludibrium obtinere poſſunt. Sed audiamus Hippocratem primo de diæta contra negantes aquam nutrire, atque coagulari vi ſulphuris in mineralia, vegetabilia, & animalia, ſic quoquè in corpus humanum : cum natura vbique ſimilis ſit : quibus ſuperatur *inquit*, ignis à præſentia aquæ, hos iam alij deſipientes, alij attonitos, ſiuè ſtupidos appellant. Et hæc inſaniæ quædam ſpecies tardior exiſtit : hi plorant, nemine moleſtante, aut verberante : formidant non formidanda, & triſtantur in rebus nihil ad ſe pertinentibus, & ſentiunt ea, quæ non conueniunt ſapientibus. Confert itaque his cerebrum iam turbatum, & ſtu-

a *Vinum catolicum*.

& ſtupidum veratris expurgare (cui addo) dummodò Anticyra ad ſufficientiam produceret. Hæc habet Hippoc. contra negantes aquam nutrire.

Hactenus oſtendi ex ſapientis naturæ officina, quomodò filius ſolis per radios ſolares reuerberatus in alcali fixetur, & quomodò illud alcali rurſus indeſinenter attrahat filium ſolis, & ità ſimul condenſentur. Huic naturali operationi ſuperſtruam nũc artificialem, vt appareat, quomodò veneranda antiquitas conata fuit imitari naturam, quantò vicinius fuit poſſibile.

a Ars itàque accipi vegetabilia omnis generis, ligna, frutices, ramenta, arbuſta, folia, &c. viridia omnia atque recentia (quorum humiditas eſt hic inſtar pluuiæ) ſi ligna, frutices vel arbuſta: ea poſſunt accendi in aprico, vel ſub camino, & ſine flamma in cinerem reduci, nè illud, quod quærimus, à motu in aerem, vel patriam redeat, ſi ſucculentæ ſunt herbæ, in furno ignito (ignis hic eſt loco radiorum ſolis, qui reuerberat acidum vegetabilium in alcali) in cineres comburi poſſunt, qui deindè acri flamma, in reuerberij furno huic rei apto agitantur, donec fuſionem minari incipiant, certo argumento, acidum in alcali eſſe concluſum, & tunc vocantur cineres clauellati, vel alcalizati. B 3 His

a *Ars imitatur naturam.*

a His ex cineribus aqua communi elicitur ſal per lixiuiationem, deinde exhalatur aqua, donec remaneat ſiccitas: quæ appellatur ſal alcali fixum artificiale; hoc ſal cum formam ferè perdiderit, remanet pro maiore parte vacuum, ideòque impatiens inanitatis rurſus acido ex ſatiari in ſalſum optat, vt naturæ curſum adimpleat; ſicut ſupra ex Coſmopolità oſtendi. Et quemadmodum natura in elaboratum ſuum alcali quotidiè, & ſine ceſſatione infundit occultum acidum vitale ex aere, quæ poſtea ambo, ſolis calore, coquente, paulatim aſſurgunt in ſegetes, & fructus: ſic quoque ars naturam imitando præparatum ſuum alcali, ne ſterileſcat, imprægnat occulto acido, vt verbi gratia oleo, pinguedine, &c. *b* & calore continuo paulatim coquit, donec aſſurgat in ſaponem ſalſi ſaporis: vel illud commiſcet fixioribus, vel arena alba, vel ſilicum puluere, quæ mixtura fortiore calore fuſionis ſic agitata aſſurgit in vitrum, quod ſaporis ſalſi eſſe bebet, *c* quià ex acido ſilicis, & alcali fixo compoſitum eſt; imò alcali tanto acido ſaturatum, vt ſibi ſufficiat, vertitur in ſalſum & ſi alcali ſufficienti acido ſilicis coquendo non ſaturetur, alcali ſuperat acidum, & vitrum ex aere ratione alcali vacui, & ſitien-

a *Alcali artificiale.* b *Alcali cu moleo fit ſapo.* c *Alcali cum ſilicet fit vitrum.*

sitientis trahit humidum, fatiscit in rimas & diffringitur. Hinc. Zoar: quod ex omni herba fieri possit vitrum, quandò nimirum alcalizatur, vt ostendit Hip. Chm. cap. 4. & 5.

a His intellectis, rursus instruimini contra negantes, acidum fixum esse in natura: & sicut alcali superante acidum, vitrum fatiscit, rimas contrahit, fitque inutile; sic quoque (vt suprà ex Hippoc: ostendi) quibus aqua superat ignem in cerebro, fiunt adeo stupidi hebetesque, vt præ tenebrosa humiditate acidum fixum in natura percipere non possint.

b Destruitur autem vitrum per idem alcali fixum per quod componitur contra negantes & non intelligentes principia (non dari sc: uitro simile alcali) nescio, an qui absurdius audiri possit. Sed leuis armaturæ doctores leuitates proferant, mirum non est, plures itàque partes alcali, quàm *c* vitri vnam in massam colliquantur, quæ aeri exposita tota resoluitur in liquorem, ex quo enim vitrum constat, in illud & per illud debet rursus resolui, vt Aristoteles recte docuit: huic liquori affunde acidum minerale guttatim, donec strepitus cesset; & alcali saturatur in salsum saporem, silicumque puluis petit fundum. Hunc puluerem

C 4 lac

---

a *Acidum fixum*. b *vitri destructio*.
c *vitrum fit liquor*.

lac mox generare per os assumptum; & mox quoque eodem modo assumptum pernitiosum esse, somniat Endymion, qui nusquam, tutus est.

Huius pulueris conficiendi modum docent veteres nostri, vt nimirum ignitum vitrum in cineribus stipitum fabarum extinguatur, & quanquam non ineptè locuti sunt, cachinno nihilominus excipiuntur à Mancipata turba, eò quod lixiuium prius parandum non docuerint pro vitri extinctione, quasi Rasis non expresè docuisset, philosophorum dicta, & scripta semper intelligenda esse secundum naturæ, possibilitatem, & non secundum simplicem verborum sonum, nàm minima quæque peritis in arte adnotare, nimis longum, tædiosumque foret, verbum enim extinguere necessariò præsupponit liquorem, vt ex Rasi liquidò constat: sed nos Rasi respondemus; quod philosophorum dicta ægrè ab illis intelliguntur, qui in criticis glossulis gloriolam vanorum more quæritant, neque vnquam naturæ operationibus fuerunt informati, sed solum in receptulis hinc inde colligendis, malèque intellectis vitam consumpserunt; & hæc esse potest causa, quarè plebeis distinguendi gratia data non sit, vt in progressu clariùs patebit.

Postquam ars naturam imitando ex vegetabilibus alcali extraxit: illud quoque

in

in minerali familia delitefcere neceffe, iudicauit, præfertim cum natura in omnibus fim illis exiftat. Incæpit igitur coquere, & calcinare filices nudo igne donec alimenti, pars abfcederet, ficut fecit in vegetabilium familia; cum verò per fimplicem aquam ex illis calcinatis extrahere non poffet, eò quòd acidum fixum in calcinatione non periffet, fed rurfus appræhendiffet fororem, alcali fcilicet fixum, atque fimul ambo in petream indolem concreuiffent; incæpit ideò commifcere calcem cum tribus alcali vegetabilum partibus, vt nimirum acidum filicis cum duabus alcali partibus neutram naturam indueret, ficque tertiæ partis vegetabilis *a* alcali auxilio eliceretur alcali pars vna filicei; fimile enim in fimile facilem habet ingreffum, docuit Hippoc. de locis in homine: & fic extractum fuit alcali potentiffimum pro fapone conficiendo ex minerali familia, vt fufiùs docet Hip. Chim. cap. 3. & 4.

b Porrò alcali nomen non eft vocabulum nouum, aut vana opinione à me nouiter introductum, fed à philofophis, & arcanorum myftis non folum ad rerum, fed etiam ad falium diftinctionem *c* alcali contrario modo agentium inuentum

a *Alcal filicis calcinati.* b *Alcali pro fapone.* c *Alcali quid fit.*

Alphidius enim antiquiſſimus philoſophus in libro, cuius titulus Aurora Conſurgens c.12.de rebus mineralibus quẽadmodum inquit, extrahitur ſal alcali è calce viua, vel cinere clauellato, vel ab ipſo tartaro calcinato, per humorẽ cõueniẽtẽ, donec nihil remaneat acuitatis: ſic ſal noſtrũ &c. Idẽ docet Senior grauiſſimus philoſophus huius antiquiſſimæ ſcientiæ de Tribus Lunæ Imaginibus. Sufficiãt igitur hæc, & quæ ſuprà ex ingenioſiſſimo Sendiuogio adduxi, quod ſc: ſal tartari, calcis viuæ, & cinerum clauellatorum, eorumque naturam redolentia alcalia (& non merè ſalſa, vt inſulſi doctores inſipidè ſcribillant) à peritis vocentur, & ſint: quod ſicut Sendiuogij alcali naturale ſpiritum noſtris ſenſibus occultà acidum, (ſemel pro ſemper dictum ſufficiat) ex aere ad ſe trahit, pregnatur ab eo, amboque ſurgunt in ſegetes & fructus, ità etiam alcalia hæc artificialia vacua, & inania imprægnantur ad nutum artificis acidis quibuſcunque & quandò ſaturata ſunt, ſumunt ab acido determinationem iuxtà calidi innati proprietatem, & naturam, vt paulatim mechanicè dilucidiùs oſtendam. Adeòque non ſufficit ſomniare alcali tartari pure ſalſum; ſed oportet huius doctrinæ clara, & demonſtrabilia fundamenta adducere, alias hæc fidem in veritatis ſchola non acquirit, ſed pro malitioſa illuſione vt ex harà rediens proſcri-

ſcribitur, & exſibilatur.

Nunc clauſulam ex Botanicis addam de herba Kali, qui huius herbæ ſal vocant alcali, & pro uitrificatione commendant: neque vnquam legere contingit, ſal marinum, vel foſſile pro vitro, aut pro ſapone conficiendo vllo modo adhibita fuiſſe, eò quòd acido ſaturata, & prægnantia, minimèque vacua experientia fuerint reperta, & vltrà proprium acidum nil aliud combibere poſſe: imò proprium acidum cum difficultate dimittere: & niſi alcali acidam ſilicis partem fixam in ſe abſumeret, vitrum nunquam fieri poſſet: quod confirmat ſupernatans pinguedo, quæ alcali amplius non eſt, illamque a ſel vitri vocant, pro vitrificatione impoſterum inutile; hoc enim, cum ſit ſaturatum acido fixo ex ſilice, ſalis cibarij faciem ratione ſalſedinis repræſentat, ob idque pecoribus, atque iumentis, quæ ſale maximè ad paſtum ſolicitantur (vbi clariùs venditur) relinquitur. Adeòque ſalia acidum abſorbentia à philoſophis antiquiſſimis vocantur alcali (ſicut ſunt) ad diſtinctionem ſalis ſalſi, & cibarij, quod comedimus. Sic & nos pariter illa vocabimus alcalia, ab auctoritate, ratione, & ex experientia ſic edocti, vtvt crepent ilia momo. In ſilice igitur cōſtanti in igne & fixo habitata alcali, &

---

a *Fel vitri.*

acidum fixum, quod Decani cum socijs nondum didicerunt; nos autem demonstrauimus, acidum in silice fieri vitrum, & rursus ex eiusdē silicis alcali fieri saponem, amboque illa principia per vnicum alcali in duas diuersas substantias fuisse diuisa, humanis vsibus per quam necessaria, & nisi Als & Cheo id est salis fusio (vndè Alchimiæ nomen) in natura fuisset, sapone, & vitro carere nos debuisse. Videatur præfatio Hipp: Chim:

a Acidum itàque silicis per se difficilis fusionis animat alcali vacuum facilis fusionis (hoc enim nisi vacuum esset, acidum silicis combibere non posset) & ambo hæc colliquando abeunt in massam opacam, quæ fermentationis ratione, suapte natura eijcit spumam salsam, quæ separata fel vitri à peritis appellatur; massa paulatim clarescit in pellucidum vitrum, ità vt quod heri vegetabile fuit, hodiè ab anima silicis in mineralem, & petream indolem, vitrum nimirum transierit; quæ consideratio parui momenti non est. Anima enim silicis exit, & intrat in alcali (vt habent Pytagorici) vel vegetabilis anima exijt, & mineralem reinduit naturam, animáturque vegetabile petrea indole, vt impósterum nullus ignis, vel acidus liquor illud vincere, aut lædere possit. Vndè Raimundus *suauis loquela*

---

a *Silex & alcali fermentant. in vitrum.*

loquela ad suos. Aufer ei animam, & redde ei animam : & licet non propriè de vitrificatione, non tamen minoris prætij est operatio, de qua locutus est, cum Natura in omni re similis existat, vt in hoc libello prudentibus, & veritatem quærentibus ostendam ; vulgum autem non curo prophanum, quià huius antiquissimæ medicinæ studijs capax non est, nec erit; quarè paucis placere studeo, cum suspectum habeatur, quod pluribus arridet; & sequi paucissimos, sed recto tramite incedentes, Pytagoræ monitum sit.

a Sal alcali itàque se habet instar fæmine respectu acidi Solis filij, & est soror, quam amat, & à quà vicissim amatur, vt loquitur Cosmopolita, & est sicut luna, quæ luce, & virtute imprægnatur à Solis filio. Vndè Luna est mater, vt Hermes, & reliqui post eum abditioris Naturæ interpraetes loquuntur, qui suum alcali lunam vocant: hinc rectè Innominatus arcanorum mystes; fæmellæ *inquit* calor terrestri calori respondet, dum semen putrefacit, fouet, ac præparat: ignis verò semini insitus, Solis filius, materiam diiponit, dispositam informat.

Si ergò alcali acidum Solis filium recipit, putrefacit, fouet, vt hoc rursus in nouum, & clarificatum corpus (vt in vitro

a *Alcali fæmina*.

vitro ostendi (resurgat, necesse est, vt matris fungatur officio, adeòque vacuum sit, si aliàs à Solis filio impregnari debeat, vt docuit Hermes, & experientia. Vndè Hippoc. suspirando ignorantiam eorum, qui apud ignorantes scire se iactitant: homines inquit, ex manifestis obscura considerare non nouerunt, primo de diæta. a Igitur ad distinctionem acidi salis communi vocatur alcali non solum à philosophis, sed etiam à mechanicis vitrarijs, & saponum magistris. Si ergò alcali est vacuum, & acidum bibens (vt ostendi) quomodò, & qua ratione alcali tartari purè salsum declamari, & vt tale approbari potest?

Anilis itàque, monstruosæ, & turpissimæ ignorantiæ fabula hæc est, in vanis cerebellis inuenta, & approbata, sed à viris doctis, & intelligentibus prorsus deridenda, & exsibilanda. Cauete ergò vobis veritatis amantes à fuminendulorum turba, cum longè aliter seres habeat, vt gloriosi illi milites vobis propinant: mihi quidem damnum nullum inferunt, sed in tyronum gratiam, nè falsis doctrinis se credant, quæ in cautos plerumque abducunt in præceps, in illa scribo, & vt à quibus in posterum sibi cauere debeant, optimè noscant.

Cum Hippocrate ergò concludimus, quæ-

a *Alcali tartari.*

quæcumque mundus habet, ex igne, & aqua, vel ex acido & alcali conſtitui: his duobus iuſtrumentis fiunt res in vniuerſo, vt & ipſa antiquiſſima veterum medicina (quibus tertium tamen inſeparabiliter includitur) quam ideò a ſal philoſophorum indigitarunt; vndè omnia corpora ex acido & alcali completè mixta (cum ſcilicet ignis aquam non ſuperat, & viciſſim) ſal dixerunt. Hinc natum eſt illud, in Sole & ſale naturæ ſunt omnia: imò omnis gratia, ornamentum, deliciæ, & vitæ humanæ delectamentum, conuenientiori vocabulo explicari non potuit: hinc delectabiles facetiæ, quæ neminem offendunt, ſales vocantur: pariter gratiarum vox ei tribuitur: Vndè S. Paulus Coloſ. 4. Sermo veſter ſit ſemper cum ſale gratiæ conditus. Et non fruſtrà ſcriptura ſæpius accipit ſal pro ſymbolo ſapientiæ (accipe ſal ſapientiæ) indicare volens, quod fundamentalis cognitio ſalis, eiuſque compoſitionis ex duobus naturæ inſtrumentis parui non ſit momenti, ſi igitur determinata communis ſalina materia alcali ſcilicet acido ſolis filio informata tam in ſcriptura quam in morali philoſophia ſal vocetur illique vni ſalis vox tribuatur, quarè ſummum maſculum, qui ſoli æquiparatur, vultis innocentem defraudare, & detrahere de eius

a *Sal philoſoperum.*

eius nomine proprio? Accipite ergò à me ſal ſapientiæ, & rogate Dominum, vt vobis omnibus ſpiritum diſcretionis largiatur; nulla enim ætas ad bonos mores, & ad veritatem perdiſcendam tarda eſt. Erubeſcat ſenectus, quæ emendare ſe non poteſt, ſed (ecce quam placidus ſum Cęſaris ad exemplum) vt adhuc melius concipere poſſitis arrigite attentius aures, & audite differentiam inter ſal alcali vacuum & ſal commune, quod ſapientes ob ſui perfectam miſtionem ſoli comparauerunt.

Sal cibarium, quantum diſtet ab alcali vitrificante, & ſaponario.

CAP. IIII.

a IAm per vniuerſum terrarum ambitum eſt peragrata popularis, & conſpicua ſaliscibarij inclita fama, cuius propugnationem aduerſus muſcas in illud ſolis lumen conſpirantes nunc ſuſcipio: ſal quia adeò neceſſarium eſt mortalibus elementum, vt vita humana ſine eo degere nequeat, ideò natura iam ad perfectionem deductum porrigit, neque à nobis requirit (vt in cæteris acquirendis) vſtionem aliquam, ſed vt ſolum ſiuè marinum, ſiuè puteale ab aqueo humido

a *Sal notiſſimum.*

mido deficcemus; ad eius mixtionem in naturæ officina claboratam ęquo oonfluxu librata principia concurrunt, vnde in sole & sale naurę esse omnia perfecta, statuit veneranda antiquitas, & ab Helmonte non imperitè salium summum vocatur, & est inter omnia armoniacum tamen natione laudatur, vt habet Dioscorides. Vide Hip. Chim. cap. 2.

a Verum enim verò Alcali fama ad vniuerso populos nondum penetrauit, eo quod in natura non prostet essentialiter vel corporaliter, nisi arte, & vstione conficiatur tàm in animali, quàm vegetabili, & minerali regno, hac tamen differentia, quod quędam mineralia non ęqualiter mixta plus de alcali, quam de acido adepta sint, *b* sulphure, auro, & sale cibario excęptis, quibus plus acidi inest, vt ostendi. Hinc tres partes habere hanc virginem, antiqui scripserunt, naturam sc:, ignem, & philosophum; ubi notandum, quod nemo per ustionis artem in aliquo narurę regno quidquam *c* alcali absolutè puri, quacumque sc: acidi mixtione priui, pręparare possit, nam qui illud quęrit, uano torquetur labore. Vndè Cosmopolita: combarite inquit sul-

a *Alcali ignotum plurimis.*

b *In sole & sale natura perfecta.*

c *Alcali artificiale nunquam purum ab omni forma priuum haberi potest.*

ſulphurà ſulphure incombuſtibili, & ab eius anima, cuius granum & fermentum quidem mercurius in ſe habet, quantum ſibi ſufficit, ſed fac vt etiam alijs ſufficiat. Nunc ſatis dictum ſit ad confuſionem negantium antiquiſſimę artis principia, quod nimirum mercurius ſulpur non habeat ſeparabile. Vanum eſt, quod uanitatum magiſtri, uanique ſcriptores cogitarunt (inquit Geber) vidimus enim ab illo emanare &c., cui adſtipulatur experientia.

Sal commune eſt ſali acidi ſaporis, id eſt acidum in illo pręualet, propterea incorruptibile (quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis?) hinc cibis modicè mixtum, gratum illis conciliat ſaporem, & appetitum excitat.

Sal alcali eſt ſali acido ſapori contrariũ, cibis licet modicè mixtum ingratum dat ſaporem, & appetitum peſſundat.

Sal commune ratione aciditatis pręſeruat carnes, & piſce longum tempus à putredine, attrahitque ex illis alcali uolatile, quod per retortam rurſus faciliſmè ſeparatur, aut docet Hippoc: Chim. cap. 14.

Sal alcali huic contrarium acida abſumens putredinem promouet.

Sal commune nil acidi bibit, & ob id exſiccatum ab aqueo humido, & iniectum in antimonij butirum, illud non turbat.

Sal

Sal alcali exficcatum in idem antimonij butirum iactum non solum in momento illud non turbat, sed planè destruit, quià acidos spiritus sorbet, atque antimonium cadit in pulucrem candidum.

Sal commune cum quadruplo boli mixtum ac distillatum aperto igne edit liquorem acidum.

Sal alcali cum tantundem boli mixtum, ac distillatum aperto igne edit liquorem sub amarum ratione boli insipidum, & aqueum per se, ut ostendit Hip. Chim. cap. 10.

Aduertat hic lector equus, processum de sale tartari volatili reddendo deformatę reformatę inquam pharmacopeæ Augustanę insertum fol. 247. *a* vltima editione, ex supra dicto decimo capit. Hippocratis Chimici surreptum fuisse, & postquam illum spoliarunt de rebus sibi incognitis(vt ostendam)quid plura? Textum mutilant, calumnis illum onerant, sententias peruertunt, & crimen falsi committunt Superi tandem malè perdant huiusmodi fictos expilatos, & deformatos labores, quibus studiosorum mentes perstringuntur. Citato decimo capitulo mechanicè demonstraui, cuncta ex igne & aqua constare, imò aquam esse basin, & radicem, non solum dulcium,

a. *Salis tartar. volatilis falsus processus.*

cium, insipidarumque, sed etiam ignearum virtutum, & rerum causticarum, vt aquarum fortium, alcalium, & salium, oleorum, acetorum, aquarum ardentium, & omnium, in quibus acrimonia ignis prętualet, aqua inquam horum omnium radix frigida est, natura enim in elementum humidum virtutes suarum rerum imprimit. Humor itaque est primum naturę subiectum, in quo primus labor impenditur, vt ostendi huius libelli tertio capite, & imposterum illustribus, clarisque exemplis palam fiet. In hunc finem inquam, reduxit Hip: Chim: citato loco quàm plurima, vt & alcali tartari per solutionem & coagulationem in aquam simplicem elementalem nullius saporis, & odoris ignis verò & Solis filius, propter quem chorea ducitur in illa operatione in patriam redijt, & ideò; vt homo non inueniat opus, quod fecerat Deus. Eccles. Cap. 3. V. 2. vid. etiam Hip. Chim. cap. 18.

Hunc meum laborem atque sudorem non solum in sui gloriolam diligentissimè surripuerunt collectitij domini, sed insuper infinitis calumnijs auctorem, & veritatem supprimere tentarunt, venditantque aquam hanc elementalem simplicissimam, pro sale volatili tartari, sesquipedalibus his verbis dicentes & approbantes.

Et hac demum ratione certior esse poteris
L. B.

L. B. virtutes salis tartari per alembicum transiisse, teque succincto sermone accepisse secretum magnum, Tuæ & proximi saluti destinatum, quo felix vtere. Proh! æqui lectores iudicetis velim an potuerit aliquid à magnificis dominis plausibilius excogitari? Auctorem nimirum spoliare, deindè calumnijs illum onorare, postea claram veritatem detractione deprimere, & vt sibi apud sui similes nomen parent, simplicissimam aquam elato supercilio pro sale volatili tartari venditare, non solum in proximi detrimentum, sed etiam in contumeliam medicinæ quæ sane omnium artium nobilissima esset, nisi ab eiusmodi ignaris cerebellis, & alcali inanioribus tractaretur: ecce causa, quarè à vulgo omnium vilissima reputatur. Qui ex hominibus candidis ingenuus lector delectari posset eiusmodi actionibus, atque promissis manifestis vanitatibus refertis, sub medicinę prętextu? Olim qui falsa docebant pro nebulonibus reputabantur, vndè Cicero pro Roscio inquit, à nebulone facile quis eluditur; Tantis enim absurditatibus illorum cerebrum est occupatum vt reminiscentiam perdiderint eccidit enim ab eorum memoria quod aqua ab alcali tartari hausta sit simplicissima, nec quicquam virtutum illarum in illa radicatarum contineatur, quas Raimundus, Basilius Hollandus, Hel-

mont & alij sali tartari volatili adscribunt. *a* Dissoluit ne aqua, quam sic ex alcali tartari distillastis metallum, vel saltem lapillos cancrorũ uera solutione? vel quatuor tantummodò guttulę huius uestrę distillatę aquę augmentantne vitalem spiritum incredibili vigore, siquis superest, per os assumptę? Quibus addo: non solum ex omnibus cephalicis, quę alcali in cineribus (idest sine clauellatione) continent alcali uolatile fieri posse. Sic amicus ex lilio conuallio alcali volatile deduxit incredibili restaurandi facultate prędítum: imò ex corticibus nucum iuglandium externis illud prępárauimus non minoris efficacię in soluendo. Sed Basilius, Hollandus, Helmont &c. extollunt alcali tartari, eò quòd cum suę naturę igne facilime coeat. Attamen sicut in omnes doctos, sic quoque in hunc virum ingratitudine debachantur, falsissimè illum criminantur quod huius salis prępárationem non reuelauerit. Sed ridiculi magistri, quid indigentis Helmontis ope, cum *certiores* sitis *Virtutes salis tartari per alembicum transisse, & apertum magnum secretum habeatis?* Quid laceratis virum? aui fideliter ostendit vobis semitam rectam, sicut fecit Hipp: Chim: tribus in locis, vt etiam in hoc scripto,

huius

a *Sapiens quærit alcali Tartari ignem insipiens aquam.*

huius alcali pręparationem palam, & clarè posuimus; quam si non intelligitis, nolite maledictis insectari, sed propriam vestram inculpate ignorantiam, & postea adhibite cucurbitulas, atque acre suppositorium, ne vobis inuidiosa illa rumpantur.

Sed nihil festiuius quàm cum eodem textu assedarum suorum in aures sic susurrat: *idque tibi hoc ductus motiuo reuelo, nè ad æmulationem multorum æui nostri scriptorum inuidiæ mancipiunt euadam.* Cui diceret Plaut. non herclè apluda est hodie, quã tu nequior. Et non minus ridiculũ est, (quod supra citato folio) autumant, Doctorum scilicet virorum curiosas inuestigationes, pro quibus non semel sudarunt, in propatulum ostendi debere vanitatum magistris, qui aquam à sale distinguere nesciunt; quasi non sat abundè miseris ęgrotantibus, quid pro quo exhibitum fuisset; sed vt ipsis philosophorum inuenta vlterius adulterandi ac infamandi ausa daretur; ignorant enim quod expressis verbis Hippocrates id vetet, sed solum quę plebeis nota sint dicere debere permittat. Non enim capiunt vim, & sensum verborum; exemplum sit hęc mea reductio alcali tartaris in aquam, quam confestim pro alcali volatili inexpertis venditant, & insuper pro cordiali turgidis, vacuis tamen, & vanis verbis extollunt. His & similibus fabulis, studiosa iuuentus sub spe-

ſpecies veritatis nutritur quia tuentur, & approbantur à medicinę magnificis decanis, & profeſſoribus: innocens iuuētus facilimè his nugis veritatē ſubeſſe puteat, quia verum à falſo diſcernere ignorat ſicut & eorum magiſtri: Vnde qualem effectum habeant hęc & ſimilia in arte, quotidiana docet experientia, vt non ſine cauſa vulgus in prouerbio habet: *mentiris vt medicus*. Quis igitur philoſophorum erudiat indocilem hanc rixantem, & inertem turbam? niſi fortè qui ſibi ipſi iniuriam facere, & maculam indelebilem contrahere velit? Miſſis itàque iſtis proceſſiſtis, qui non abſque doctorum virorum riſu in ſcenam prodeunt, ad veritatis ſtudioſos me conuerto, & dico: quod antiquiſſima medicinę ſcientia non conſiſtit in proceſſibus, & receptis, a hinc indè clàm ſurreptis maleque intellectis compilandis (de quibus in prouerbio, cum carta cadit, tota ſcientia vadit) ſed in vera ſcientia, id eſt, in rerum per ſuas cauſas cognitione, vt Ariſtoteles rectè docuit primo phyſicorum; cui enim per cauſas cognitio accedit, non ſolum experientiam habere dicitur, ſed rem ſcire, & perfecte tenere, & hoc eſt fundamentum antiquiſſimę ſcientię. Et licet omnia recepta, cum eorum exſcriptoribus, ſubſcriptoribus, & approbatoribus interirent,

---

a *Sire quid*.

rirent, nihilominus hæc antiquissima scientia immobilis persisteret: cuius fundamentum Hip. Chim. tritis & vulgatis exemplis, verbisque fideliter ostendit, at putatitij, vacuique doctores propter mentis cæcitatem hoc attingere nunquam possunt (cæcitatem dico, nam omnis cognitio lumen est, sicut ignorantia, tenebræ) eò quod à veritatis cognitione iam dudum exclusi sunt. Nunc de laruata aqua elementali satis, alia, & infinita similium quisquiliarum generà collecta sunt in citata pharmacopœa, quæ non solum nobilissimæ medicinæ maculam inurunt, sed etiam in proximi ruinam resultant. Male parta, quia non intellecta, sic quoquè malè dilabentur, & quia pro nunc verbis parco, & vndè digressus sum, redeo.

Sal commune non abluit sordes propptereà non fit sapo ex eo. Hinc Nausicca Regis Acinoi filia lauabat lintea ex fonte in littore maris, vt notat Homerus, odys: lib. 6. quod Aristot: rectè ad salis perfectam mixturam refert, quia cum nihil vacui in se habeat (sicut alcali) sordes in se recipere non potest.

Sal alcali vacuum est, ideò sordes combibit, & ex eo fit sapo, quia absorbet occultum acidum in oleo, & pinguedine, quæ lenta concoctione vna vertuntur in saponem salsi saporis, vt habet Hip: Chim:

vniuerso itaque non sunt plura salia, quam acidum & alcali; acida sunt; infinita quæ omnia pro fundamento habent vnicum alcali in quo subsistunt, & incorporantur, vt cap. 6. ad oculum demonstrabo. Adeòque ad acidum, & alca li omnia salia,& omnes res, quas mundus habet, referri facili methodo possunt: quarè iucundum erit, priusquam progrediar, medicinalium salium præparationem hìc sub nectere.

Salium medicinalium præparatio.

CAP. V.

POstquam in superioribus ostendi, in vniuerso nil aliud esse,quàm acidum & alcali, ex quibus natura omnia opera componit, quibus tamen tertium indissolubiliter iunctum semper adhæret, vt paulatim patefiet. Nunc pergam salium medicinalium propositionem confirmare, & ostendere quid sint medicinalia salia, quorum naturam hactenus à nemine descriptam inueni: Ideo operæ prætium iudicaui ex Hippoc. Chim: cap. 21. veram præparandi rationem hùc transferre, quæ simul eorum essentiam ostendat.

Prudentissima natura tertio capite nobis viam monstrat, quomodò spiritus aeris coaguletur, atque fixetur per ignem

nimirum, & aquam, id est, per radios solares, & per pluuiam, nisi enim ambo concurrant, spiritus redit ad originem, quod experiuntur illi, qui ex aridis simplicibus salia præparare satagunt, exsiccando enim exhalat maxima pars & quò sicciora remanet, a minor salis copia acquiritur, minimum, & nihil ex putridis, quæ licet summo studio in cineres redegeris, ex illis tamen sal non elicies; è contra verò, quò recentiora concremantur, maior salis copia habebitur.

Principale itaque studium, & labor erit pro salium præparatione, vt herbę sint recentes (vide Cap. 3.) tunc nimirum concremando innatum acidum apprehendit alcali, & alcali absorbet acidum & fixãtur ambo iuxta concreti proprietatem: ex parte autem, quę cum flamma fugit, & ab acido non sufficienter ligata, in fuliginem abit, alcali volatile facili methodo elicies.

Exemplum sit Absinthium viride, hoc ità viride sub camino, vel loco aperto accendatur (Sed fumaria vel similis succulenta, recens; ac viridis in fornacem candentem proijciatur, & portella claudatur, ne flammam concipiat) flamma impedienda pro viribus; nam satis est in cineres licet nigros conuersum esse, qui cineres vlterius calcinandi sunt in larga olla

---

a *putrida liga sal non habent in cineribus.*

olla terrea, & humili, vel super larga ferrea elatę orę lamina, accensis subtus carbonibus in fornacula venti, in eum finem, vt ostiolum claudi, vel aperiri pro exigentia possit, spatula ferrea semper sunt mouendi cineres, donec optime albescant. Nota hunc modum suauius, atque benignius procedere debere, quàm capite 3. in alcali pręparatione: ibidem enim cineres acri flamma agitantur, qui ideo clauellati dicuntur: hic verò ignis non debet tangere cineres, sed supra larga ferrea, vel terrea tabula extendi, quę fornacis os non intret (vide Hip. Chimici textum capite supra citato) cineres lineo sacco acuminato, vel si eorum habeatur paucitas, cartę acuminatę impone, & aquam communem superfunde, quę cum transcurrit sale pregnans, lixiuium vocatur. Hoc percolatum lixiuium in sartagine ferrea non vncta in culina celeri ebullitione coagula & constringe in massam, quam, cum incipit instar mellis spiscescere, assiduè spatula tunc moueto, & exsiccabitur in puluerem griseum, quem statim ollę non vitriatę cum suo cooperculo fornaculę venti clauso ostiolo impone, ac obrue carbonibus minutis, eorumdem carbonum puluere commixtis, sensim calefacito ad brunnitiem vsque, non autem, vt incandescat, vel fundatur; refrigeratis omnibus proijce sal in vitreum vas, & sufficienti

aquą dissolutio, cum baccillo ligneo agitando aliquoties, donec totum sit solutum, posteà quiescat per duos uel tres dies: clarum à fęcibus sine magna agitatione effunde & in plumbeo, vel vitreo vase in arenam posito aquam exhalare sine bullis permitte donec salina cuticula appareat, tunc remoueto uasculum & sequenti manè collige splendentia grana salis, quę aqua limpida celeri motu abluenda, & exsiccanda sunt. Remanens lixiuium iterum arenę impone, vt aqua exhalet vt prius ad cuticulum. Ambo hęc salia coniunctim in vno vasculo sunt asseruanda. Notandum quod salia hoc modo suauiter pręparata referunt crasim sui concreti. Reliquum lixiuium vrinacei saporis, & fętulenti odoris pro uitris abluendis relinquendum. Et hęc est facilis, & naturalis ratio parandi vegetabilium salia, quę nunquam liquescunt per se, neque ingrati sunt saporis, ex proprio nimirum acido & alcali per concremationem sunt composita. Libra huius cineris fundit ferè vnicas 4. salis purissimi, sed aridarum herbarum cinerum librę 4. vix vnciam salis dabunt.

Quod seminalis uirtus omnium rerum sit acida, & quod acida ducant alcalia ad lubitum, quodque omnis acidus liquor sit salis acidi solutio in aqua elementali.

CAPVT VI.

SVpra ostendi, quod aqua coagulatur vi sulphur uegetabilis in id, cujus determinationis erat sulphur. Sulphuris proprium est, occultè acidum, & pingue esse, vt ostendi cap. 2. quod in uegetabilibus semper est volatile.

Accipe ergò vel lignum, vel farinam (cuius spiritum venditant, & approbant ridiculi magnifici Domini pro spiritu acido salis armoniaci) vel simplex, quodcumque sit, uegetabile, uel ipsa grana Kermes, ac distilla per retortam pingue acidum liquorem, qui sulphur granorum kermes, vel alterius vegetabilis (quod hactenus ignorarunt) dicitur, & est: huic liquori affunde alcali tartari (quod aquę respondet igne ablato, vt docet Hip: Chi: cap. 10.) donèc strepitus cesset, hoc compositum cola per cartam, quod paulatim exsicca in melleam consistentiam, & in frigido concrescet tartarus a granorum Kermes, vel sal essentiale vt vocant alij: quod si cupis vt vertatur in purum sal:

a *Tartarus Kermes.*

hoc in ollula non vitreatur vix ad brunnitiem calefacito, vt saltem pinguedo superans deflagret, vel retortę indito, & ex vacua cupella oleum distilla; massam grisseam, vel ex retorta nigram aqua communi dissolutio, solutio quiescat per tres dies, donec clarescat, quam effunde paulatim, & in vitreo vase in arenam posito ex sicca ad cuticulam, sequenti mane colliges sal eiusdem virtutis, cuius fuit acidum, quod alcali affudisti. Adeoque alcali ad acidi lubitum eiusque voluntatem perducitur.

Quemadmodum acidus liquor ex granis distillatus impręgnat alcali viribus, suis quod exindè determinationem suscipit,ità vt sal granorum Kermes dicitur, & fit sic quoquè eidem alcali assunde acetum distillatum, quantum bibere possit, id est, ad saturitatem, quod cognosces, quandò strepitus cessat, & odor aceti spirat: impręgnatum alcali coagula ad siccitatem; & licet acetum fuerit distillatum, alcali tartari purissimum, coagulum tamen validè est impurum, sordidum, & nigrum propter aceti pinguedinem, quę separata proindè flammam concipit. Dissolue nigram hanc massam in aqua limpida, quiescat, quod solutum est per tres dies, tunc per cartam separa purum ab impuro, purum rursus exsicca vt prius, & habebis tartarum regeneratum; hunc distilla ex retorta sicut tartarum vini, & ti-

bi

bi dabit *a* oleum fætidum mbgis, vel minus iuxta vini qualitatem, ex (quo acetu factum fuerat) & liquorem sub amarum, qualem dare solet tartarus cõmunis. Feces, vel caput mortuum nisi per ignem vehemẽtem in vitrum abierit, rursus dissolue in aqua limpida, ac percola, & coagula in alcali tartari verum, quasi ex communi relictum lesset. *b* Adeòque idem alcali tartari à granorum Kermes acido sulphure imprȩgnatum eius naturam sequitur, & fit sal granorum Kermes: & idem alcali aceto imprȩgnatum sequitur aceti naturam, prȩstatque, *c* quod tartarus vini non aliter, quam fȩmella, quȩ postquam est iuncta viro, amittit nomen stemmatis paterni, & viri cognomen induit: Naturam enim esse in omnibus similem docuit Pytagoras, & post eum Hippocrates. Eccelsius est quod in animo versatur; oportet autem vt ad scopum perueniam, nonnulla Hippoc: Chimici experimenta repetere. Distilla ergò ex retorta igne aperto sal commune cum quatuor partibus boli, omnibus prius in subtilem puluerem reductis (felicius succedit si inuicem mixta & confusa sint, cum sic per cribrum facilius cadant) acidum egressum liquorem affunde alcali tartari puro,

a *Tartarus vini regeneratus.*
b *Alcali tartari fit sal Kermes.*
c *Alcali tartari fit tartarus vini.*

donec ſtrepitus ceſſet, & alcali imprę-gnatum ſit: *a* mixturam hanc vitreo vaſe exalato leui calore, vel etiam ad ſolem, vſquequò cuticula deſuper concreſcat, & ſequenti mane frigefactis omnibus habebis ſplendentia grana ſalis communis; ità vt ſpiritus ſalis in alcali tartari redierit in verum ſal commune.

b Et quemadmodum cum ſale communi feciſti, pariter ſaccum nitro: cuius ſpiritus in alcali tartari fit nitrum verum, flammam concipiens, & anginę remedium. Vnde Hippoc: Chim: Cap. 21.

Sic quoque ex alumine acidus elicitur ſpiritus, quo eò vſque alcali tartari impręgnetur vt ſupra dixi, donec ſtrepitus ceſſet, qui liquor ſuaui igne coagulatur in alumen; *c* ità vt non ſolum omnium vegetabilium, ſed etiam mediorum mineralium omnium acidus ſpiritus in alcali corpus reinduat, fiatque illud idem, ex quo acidus ſpiritus eductus fuerit: ſulphuris verò acidum in alcali non fit ſulphur, eò quòd terream pinguendinem per flammam amiſerit, ſed cum arena vel ſilicibus puluerizatis, in quibus reperit, cui ſe aſſociet, & illud vincat, vt docet Hip: Chim: cap. 21. in verum ſulphur ſublimatur.

His

---

a *Alcali tartari fit ſal commune.*
b *Alcali regnerant in nitrum.*
c *Alcali regnerant in alumen:*

His experimentis elucet veritas primi capitis, quod scilicet mundis spiritus, vel solis filius sit acidus, & pinguis, & quod hęc pinguedo, vel sulphur participet de tertio, quod indicaui dicto primo cap. igni, & aquę inseparabiliter adhęrere, quod iam iam in vitriolo, eiusque anatomia dilucidus demonstrabo. Vanum itàque & ignorantię plenum est, quod contra omnem veritatem scribillant: acida nempe non pręualere alcalibus, nec acida ducere alcalia ad eorum velle.

a Distilla ergò in loquaculorum confusionem ex vitriolo exsiccato spiritum communi modo, qui acido sulphureus est, quem ex retorta in vacua cupella positum adhuc semel rectifica, vel distilla, de quo tantum affunde alcali tartari paulatim, donec strepitus, & ebulitio cesset (nam si celeriter instilles, simul incalescent propter ignem naturam in ambobus subiectis) *b* humorem superfluum, insipidum, & aqueum exhalato, quousque videbis cuticulę nascentis signa (hic notandum, nisi tàm alcali, quàm acidum satis prius sint diluta ante coniunctione, in ipso coitu cadere puluerem album tartari vitriolati, neque nasci cristallina grana) tunc vasculum remoueto à calido, & in locum frigidum reponito,

a *Sp. vitrioli.*

b *Alcali regneratur in vitriolum.*

to, reperies manè lucentia grana vitrioli formam ludentia, eò quòd spiritus acidus traxerit alcali ad lubitum, id est in formam vitrioli. Hoc album vitriolum vocant Tartarum vitriolatum, nos verò vitriolum regneratum, quicquid ignara plebecula remurmuret; nam.

Acidum silicis in alcali regeneratur in pellucidam petram frangibilem, quam deinceps neque ignis, neque vllus acidus liquor destruit, vt suo loco de silice ostendi, & infra de corralis ostendam.

Acidum occultum olei in alcali regeneratur in pingue salsum saponem.

Acidum granorum Kermes in eodem alcali fit filius Kermes, ideſt sal.

Acidum salis communis in eodem alcali fit sal eiusdem naturę.

Acidum nitri in alcali fit nitrum verum flammam concipiens, & anginę remedium.

Acidum aluminis in alcali fit verum alumen.

Acidum vini in alcali fit tartarus, & omnia reliqua acida, regenerantur in alcali matre; quarè ergò acidum vitrioli in alcali regenarati non appellari debet vitriolum regeneratum? Fortasse quia cum gallis non nigricet, sicut vitriolum ferri? Vel quod distillari non possit sicut vitriolum commune, vt ineptè vociferant? a

Sed

a *Sapientiā naturę stultitia sua metiuntur.*

Sed quarè ex his accidentibus, quę omni vitriolo non sunt communia vultis naturam phantastico more cogere? Verum illa sapientissima magistra floccifacit non solum contumelias venenosarum linguarum; sed insuper vocales doctores omnes, qui discere recusant; eorumquod elirantes, vt discatis: quod sicut de acidis paulò antè demonstraui, ea sc: ducere alcalia ad eorum velle; sic quoque hic contingere necesse est; nam cum.

Acidum naturale casu roserit immaturum ferrum, tunc coagulantur ambo in vitriolum ferri, quod iunctum gallarum succo, nigrum induit colorem ratione ferri, & non ratione acidi. Et idem.

Acidum naturale cum casu reserit immaturum cuprum: tunc coagulantur ambo in vitriolum cupri; quod licet iunctum gallarum succo non nigricet; nihilominus est, & vocatur tàm à peritis, quàm ab imperitis vitriolum.

Acidum istud naturale per distillationem prolectum, cum roserit ferrum, coagulatur rursus in vitriolum ferri viridis coloris.

Acidum idem cum roserit cuprum, coagulatur ambo in vitriolum cęlestini coloris: adeòque.

Acidum idem cum roserit alcali tartari, coagulatur ambo in vitriolum albi coloris: quòd nil aliud est, quam vitriolum regeneratum, vt docuit Hip: Chim:

cap.

cap. 17. quem vos, vt prius euoluatis hortor, priusquam aduersus naturę opera debachemini.

a Quarè autem communis tartarus vester vitriolatus distillari non possit? Iam iam clara demonstratione patebit.

Aciditas illa naturalis, quę ferrum erosit, salubris, gratissima, & perquam plurimis quęritur, à paucis inuenitur: hęc inquam arte, & ignis ope distillando extrahit tentatur ex corroso & immaturo metallo; sed cum sola esse non possit (vt Hip. de dięta docuit) suum simile, sulphur nimirum metallicum immaturum, & volatile secum facilimè rapit, quià ventus ambo portat in ventre suo, fitque vulgaris spiritus vitrioli, austerus, & corrosiuus ratione admixti, & inseparabilis sulphuris metalici immaturi.

His vitrioli liquor vulgaris, & austerus, vt vt rectificatus metalli liquamen sulphureum continet, eo fundamento, quod solus esse non possit, vt in progressu clariùs patebit; his spiritus seu liquor, si alcali tartari affundatur, donec strepitus cesset, impręgnatur alcali non quidem acido naturali; sed acido metallico, immaturi sulphuris metallici austeritate, prędominante, generaturque filius, quem parentis proprietates; sequi necesse est,

fixus

a Quare tartarus vitriolatus communi more præparatus non sit distillabilis?

fixus inquam ; & constans in igne : eccè domini doctores ratio, quarè tartarus vester vitriolatus distillari non possit ? Nam in illo puncto coitionis, cum potentius ab alcali amplectatur, tertium quià debile iugulatur, vt paulatim legendo apparebit. Illud est, quod sterilis approbatores vna cum antecedente grege hactenus ignorarunt.

a Hunc sulphuris metallici filium nos cum antiquissimorum philosophorum choro vitriolum regeneratum vocamus, quià ferrum, seu terrestre corpus deposuit, & in clariore forma regeneratus relucet.

Anima itàque imperfecti metalli in acido austero spiritu abscońsa sibi corpus fixum in alcali tartari format: vndè liquidò constat, spiritum esse vehiculum animę, atque vinculum ligans animam cum corpore, quod paulatim in subsequentibus, clariore sermone veritatem amantibus studiosis apparebit.

Audiamus nunc Basilium Valentinũ de duplici hoc spiritu *b* vitrioli loquentem (pręter meam experientiam) in libello quem repetitionem magni lapidis vocat, his verbis. Et vt illum cognoscas *inquit*: Scire te oportet, quod vitriolum habet duos spiritus, album & rubrum, albus

---

a *Alcali fit vitriolum regeneratum.*
b *Sp: vitrioli duplex.*

albus est sulphur album, ruber, est sulphur rubrum, qui aures habet audiendi audiat. Et non diligenter, neque obliuiscere, sermo enim difficilis est, & quodlibet verbum maximi ponderis. Vitrioli spiritus albus est acidus, & amabilis, stomaco gratissimus, & intimis nectar, atque vniuersali concoctioni proficuus. Ruber vero est multò acidior, & multò ponderosior albo, ob id longiori tempore distillando extrahitur. Hactenus Basilius. Qui plura desiderat, videat locum citatum: verba ingentis sunt ponderis, & non frustrà hic apposita, & citata.

Si itàque vitrioli compositio est ex acido naturali amabili, odoris suauis, intimis nectar, in quo sensibilis corrosio in lingua non percipitur, sed spiritualis & grata acciditas (per me sunt testes Basilius, acidulæ, & experientia), & ex immaturo sulphureo metallo, quæ duo ab in vicem separari per distillationem, possibile non est; nam naturalis aciditas summæ volatilitatis non ascendit sine comite sulphur acido immaturi metalli, quià sola esse nequit, vt ex Hip. ostendi, & experientia didici: superest ergò, vt astutis manibus capiatur, & quidem tempore opportuno, quandò dormit.

Priuatæ itàque viæ multæ sunt, quas arcanorum naturæ studiosi inire possunt, gratum illud atque prætiosum auxie, quæsitum acidum acquirendi: & quam-

uis

uis plures sunt, ad vnum tamen omnes intentum, vt Geber recte docet, conducunt, hic modus tamen contemnendus non est; licet multa nescientes contumeliosè vociferent vomitum, & alia multa symptomata concitare. Vah infælices ægrotantes, quos naturæ ministros nacti estis! Surdis his non loquor, quià incapaces sunt; sed veritatem amantibus hoc munusculam offero.

Dissolue ergo vitriolum ferrum (ferreum inquam, quod cupri odorem non habeat, hoc si deest, illud præpara, sicut ipsa natura, modum ostendit Hip. Chi. cap. 28. artificiale verò ex distillato acido *a* vitrioli, & ferro, inutile hic est: confule Hip. Chim. cap. 17.) Romanum optimum est, in hac claram solutionem instilla alcali tartari purissimum, quod statim attrahit, & absumit acidum naturale. Non incalescunt in hac coniunctione acidum, & alcali, vt suprà in communi Tartari vitriolati præparatione, quià ignis, vel sulphur metalli immaturi fundum petit, & separatur à spiritu naturali pro maiori parte, vt paulatim mechanicè ad oculum demonstrabo. Hanc compositionem si spissior tibi videbitur, ità vt metallum immaturam cadere non possit, dilue cum aqua, & citius cadet. Non te tædeat saturationis punctum inueni-

---

a *Tartarus vitriolatus magnarum virium.*

uenire, quod post primam filtrationem facilè sequetur, vel cum alcali acidum superat, nil aliud incommodi affert, nisi vt digerendo tempus perdas, vt immaturum metallum subsidat (vid. Hip. Chim. cap. 10.) Liquorem clarum in vitreo vase (infundo, vel subtus acuminato, eo fine, vt si aliquid immaturi metalli adesset, in calido separari ad fundum possit) in balneo roris positum pedetentim exhalato ad cuticulam, & reperies in frigido cristallos splendentes, quæ non excalefaciunt, neque stomachum subuertunt, vt vulgaris tartarus vitriolatus; austerum enim, & corrosiuum sulphureum immaturi metalli liquamen non habent, & ideò in medicina sunt magnis æstimandæ. En rudimenta ex Pytag. Hippocratica Scola, quæ ingeniosa satis sunt, nec fas est, omnia palam interpretari, nostris hæc, & plura alia reseruanda sunt. De viribus huius tartari vitriolati, vide Crollium, & securus eris: plura non addo, nam ipse se potentissimum ostendet Herculem.

Verùm quidem est, vnciam vnam huius tartari vitriolati requirere circiter à principio tres vncias alcali, quia primùm mortificat immaturum sulphur metalli, & posteà educit acidum naturale: cuius operationis exemplum dedi capit. 3. a de

a. *Contraria coagulantur*.

de lixiuio ſaponariorum; vbi nimirum vegetabilè alcali primò mortificat acidum ſilicis calcinati pro lixiuio inutile, illudque in petream condenſat indolem, contraria enim contrarijs coagulantur: Et deindè idem alcali vegetabile elicit, ac trahit ex calcinato ſilice alcali potentiſſimum, quià ſimile ſoluitur, trahitur, & iungitur ſimili: in vitriolo autem hoc regenerato noſtro (vel tartaro vitriolato, voca vt lubet) eadem quoquè fit actio, hac tamen differentia, quòd alcali tartari vertitur cum immaturo metallo in ſui coagulum: & deindè ſorbet acidum naturale: quæ differentia eſt notanda, quià inutilis non exiſtit, vide quoque Hip: Chim. cap. 3. & 4. vbi ſaponis exemplum fruſtrà ſcriptum non fuit, nequè pro inutili reputandum, vt inutilis plebecula exiſtimat.

Hic noſter tartarus vitriolatus in igne conſtans non eſt, ſed pro medietate volatilis, iuxta patris proprietatem, qui illum genuit: vbi contrà vulgaris in igne conſtans perſiſtit, ratione ſulphuris metallici, quod alcali imbiberat, & ideò volatilis, vel diſtillabilis non eſt, eò quòd animam metallicam in igne perſeuerantem nactus ſit, vt ſupra quoquè oſtendi.

a Si itàque ſpiritus vitrioli communis informatus eſt anima cupri vel ferri, mirari

---

a *Vitriolum artificiale martis & vener.*

rari cessa, si perfectis his duobus metallis affusus, ea dissoluat, atque cum illis vitrioli faciem ludat; simile enim simili facilimè associatur; ignis igni: aqua aquæ: spiritus vitrioli distillatus gaudet sulphure, & suo simili in Marte, & Venere, cum illo delectatur, penetrat eorum intima, dissoluit ambo metalla, & rursus corpus assumit, & cum illis vitrioli naturalis faciem ludit. Cum verò dominium in illa non habet, dicta metalla perficere, vel erudire non potest, quià plus non habet, quam sibi pro sustentatione satis sit: acidum enim cum rursus à metallis dictis per distillationem separabis, redebit idem spiritus vitrioli, quemadmodum illum affudisti, nequè melior, & remanens caput mortuum funditur in idem cuprum, quod fuit, priusquam dissolutum esset, vel in crocum martis, si ferrum dissoluerat sine alteratione vlla, nequè euadit melior neque peior cæteris crocis quocumque modo præparatis: sicut ostendi, & ostendam, naturam enim in omni re eandem, docuit Pytagoras, non minus quam Hippocrates.

Si itàque spiritus vitrioli symbolum fert in cuprum ratione sulphuris vt ostendi, atque nil de cupri virtute auferre potest, siuè per macerationem, siuè solutionem, coagulationem, & distillationem, multò minus reliqua acida cuiuscumque

cumque ſint generis. Admirandum, & iucundum erit, hanc hiſtoriam penitius ſcrutari, nam non minus reipublicæ medicæ, quam curioſorum, & noſtris temporibus floridi frequentis, & clari pharmaciæ ſanatus inter eſt.

a Fiat itàque *ex cupri laminis ærugo, vel es viride cum vuis recentibus, interpoſitis telis raris, vel lineis, vel ſericis*, quicquòd rudi mineruæ lubet addito *aceto*, *vrina* (fæminarum, aliter forſan veneris nomen fugeret) *alumine*, *&* *nitro*. Hanc miſcellaneam teſtantur Norimbergenſis, & Auſtriaci collegij decani cum requiſitis approbatoribus tempore neq; acceſcere, imò neque poſſe acidum ingredientium vaporem per raram telam ad cupri corpus peruadere, vt illud erodat; hoc autem ſi (non dico verum) ſed veriſimile ſapiat, peritis iudicandum relinquo. Quomodò autem fiat ærugo, docet Dioſcorides rectè, & ſine fraude. Quinque ergò prædones ſub pingui ignorantię vexillo militantes inuadunt fęminam fragilem (aduertat iuuentus moralitatem, nè ſc: verecunda hęc nuda compareat in conſpectum quinque militum, rara tela veſtitur) quę intrepidè diù pertulit, omne certamen, ſed cum contra duos ne Hercules quidem, in prędam ſe dedit pudica, & in mordacem ęruginem acidi naturam imi-

---

a *Ærugo fit ex cupri laminis & vinaceis.*

imitantem cum prędone vnico, id eſt aceto (vt oſtendam) conuerſa eſt. Hęc materia viridis, ęruginis à veteribus noſtris, non autem vitrioli nomine, appellata fuit, quià vitrioli proprietates non habet, ideoque ęruginem appellauere, vt denotarent omnes ſimul quinque prędones non habuiſſe vim, aut potentiam cupro exiguam virtutem extrahendi, vel in minimo punɛto alterandi, ſed tantummodò corporeitatem erodendi, *a* dominium enim in illud non habent, nequè ab illo eruditiores redeunt, & quanquam plurimi ſint, qui de eo glorientur, eorum tamen gloriatio falſitate non caret, eò quod ſupremi Conditoris decreto cautum ſit, nè nobilius in ignobilius, aut pręſtantius in deterius degeneret, aut in ſeruilem mancipij ſortem tranſeat.

Cuprum itàque (ſeu venus, quicquid lubet) iam in ęs viride mordax, & ſcabrum conuerſum, & in aceto (ex quo oritur) diſtillato, diſſoluitur, atque rurſus in ęruginem congelatur, reieɛtis fęcibus &c. purgata ęrugo, vel ęſeroſum, *b* ex retorta loricata aperto igne diſtillatur, & poſteà ex arena reɛtificatur. En arcanorum miſtę, hic ille eſt *ſpiritus veneris, & menſtruum ſecretum tanquam Alcaheſt* (vide

---

a *Cuprum acidis liquoribus vel vaporibus non deſtruitur.*

b *veneris ſpiritus naſcitur.*

(vide Hipp. Chim. cap. 29.) quod pro veneris filio adorant D: Norimbergensium & Austrię Medicinę decani cum socijs, de quibus Epictetus: multos esse verbotenus, non re ipsa doctos.

Procacitas, & turpis licentia, de qua venus multis sed inanibus clamoribus à falsis testibus accusatur, quòd nimirum vnico actu quinque procos admiserit, philosophos non solum in admirationem, sed ad incredibile traxisset, nisi pariter sciuissent in iure accusationum copiam sępenumero iudicibus fastidiosam, & suspectam existere; pręsertim cum eos non lateat, in natura amorem non quinque, sed nequè tertium quidem admittere: vndè potius ferunt contra accusatores sententiam, & dicunt. Quemadmodum venus à falsis accusationibus, & falsis imputationibus post examen, vnico tantummodò masculo constans, & casta reperitur, fieri posse, vt ità quoque aliquis à similibus accusationibus inclarescat, vt multi ignoti alioquin.

a Notissimum quidem est, venerem esse lasciuam, & quemlibet masculum (id est acida omnia tam occulta, quam manifesta, vt acetum, oleum, adipem, sacharum, mel &c. omnia inquam viridescere cum cupro) sine discrimine quidem amplecti, ità vt omnes masculi eius amore exardescant, id est, viri-

a cuprum viridescit ab omnibus acidis.

viridescant : Sed teste alcali naturalium rerum matre , cum nullo eorum omnium in deliquium animi vsque oblectetur , nisi cum proprio fratre : Sed vt discursus hic clarior euadat , paulò altius doctrinam repetere conuenit : quod sc: acidum cuiusuis , vegetabilis , aut per fermentationem , vel per expressionem prolectum , vel occultum , vel manifestum , affusum alcali tartari , informet idem alcali anima eius , de quo desumptum sit, fiatque eiusdem acidę naturę sal , vt in principio huius capituli per kermes grana (in quibus acidum , id est virtutem seminalem negant decani cum socijs) & per farinam (ex qua spiritum salis armoniaci acidum stillare iactitant) ostendi . Vide quoque Hip. Chi. cap. 11. & finem cap. 17.

Sic quoquè acetum vini distillatum , & in alcali *a* tartari proiectum ad satietatem coagulatur in tartarum , & quidem eiusdem naturę vini , de quo acetum fuerat desumptum . Hic tartarus si cum igne sabulis vel etiam aperto ex retorta distilletur , prodit oleum pingue , & liquor subamarus , sicut in communis tartari distillatione .

Idem quoquè de nitro , de sale , de alumine huius cap. princip. ostendi , nec non de vitriolo ; *b* omnis nimirum acidus liquor

a *Tartarus artificialis.* b *salia articialia.*

quor alcali iũctus imprægnat illud anima eius corporis, ex quo ille eductus fuit, formatque sibi corpus ad lubitum, id est, suę propriæ naturæ simile.

Videamus nunc in Nobilissimæ Medicinæ veritatem & gloriam, vtrum acetum illud distillatum ex ærugine, quod luctisona voce Doctorum virorum examini obuelare, atque celare student; *a* legitimus veneris filius!

Ostendi vnicum esse mundi spititum acidum, & solis filium, qui mundus super terra non reperitur, & cum solus esse recuset, accipit materiam, qua cum habitat, crescit, regerminat, & multiplicatur quandòque ad nutum artificis ad suos fines. Hic cum in cupri semen (vt ita dicam) cadit, se cuprea vestit natura longissimi laboris opere, ideò ab ipso cupro separabilis non est, nisi à totali cupri destructione, vt ostendit exemplum de sale tartari Hip. Chim. cap. 10. minimum enim metallicę naturę odorem pręse ferens non potest ad vegetabilium naturas descendere: & idem spiritus cadens in vitis semen, se ibidem vestit in vitis indolem & similiter non potest ad mineralium naturam ascendere, vt supra ex Lullio & experientia demonstraui; imò non separatur à vitis indole nisi natura vel arte à corpore solutus ad elementum

D aeris,

a *Veniris spiritus reducitur ad examen.*

aeris, vndè venerat, redeat: vt docet Hipp. Chim. citato 10. & 18. cap. Idem quoquè intelligendum de sale, de vitriolo, de nitro, & de omnibus mundi rebus, eà de causa, quòd ars creare semina non potest, & qui de hoc gloriatur, hunc falsarium esse, docet Cosmopolita. Adeòque omnis spiritus, vel occultè, vel manifestè acidus, vnicam animam in ventre habet, cum qua inseparabiliter iunctus formam constituit corporis ejus, in quo habitare decernit: ex quo cum extrahitur, & rursus in nouum alcali distillatur & ab eo absorbetur, suscipit simile corpus, quo anteà vestitus erat, vel ex quo primò extractus fuerat, in corpore tamen clariori: infallibili argumento, quòd spiritus vel occultè, vel manifestè acidus sit vehiculum animæ, & vinculum ligans animam cum corpore. Et nisi omnium rerum spiritus in vniuerso acidus esset, animam corporis non posset inuisibiliter in ventre portare, vt Hermes, & experientia docent.

Redeamus nunc ad puerum recens natum, quem mancipia veneris filium, vel spiritum veneris nominare & approbare nouiter cœperunt, & insuper iurant, hunc ex matre, a vel *cupro eximias virtutes traxisse*, nescientes virtutem rerum vt & purgantium vim consistere in eorum

anima

a *purgantium vis vnde?*

anima, quam esse filium solis ostendi cap. 1. inseparabiliter iunctam eius rei spiritui, quæ ambo eximiam illam virtutem, quæ cupro inest, constituunt: qui spiritus rursus in alcali se manifestare deberet, si in acida forma flueret, vt de reliquis spiritibus, & alcali tartari mechanicè ad oculum ostendi.

a Procedamus ergò ad experientiam. Cum hoc acido, & rectificato spiritu Veneris saturato ad sufficientiam alcali tartari, vt de sale, de aceto, & de nitro distillato docui, id est tantum de hoc spiritu affunde alcali tartari, donec strepitus cessset (æquales partes circiter) phlegma superans exhalare permitte, vel si mauis, distilla diligenter ad siccitatem (illud phlegma ex phiola alta in balneo distilla, & prodibit aqua ardens. Vide Hip. Chim. cap. 18.) & inueniens tartarum regeneratum eiusdem naturæ conditionis, & proprietatis, cuius erat ille, qui ex aceto vini supra generatus fuit, quià idem est: si enim quicquam de nitro, de alumine, vel etiam de cupro occultum haberet, vt ignoranter peierant, in alcali tartari omnia manifestarentur, vt mechanicè supra ostendi: sed hunc spiritum, cum solum tartari corpus sibi fabricare possit, non habere alia instrumenta..., quam acetum distillatum necesse est.

---

a *Veneris spiritus in alcali fit tartarus.*

a Vndè hic spiritus statim à philosophis non veneris filius immortalis tanquam. Alcahest, sed vt verus aceti vini vterinus, frater cognitus fuit, & minimè spurius, qualem conuiciatores, atque mei calumniatores in vulgus publicauerunt; verum legitimus vitis filius, qui nefas ducit, sibi in posterum obtrectari ab imperitis magistris, quarè in hac regeneratione curiosis, & veritatem amantibus rursus se manifestare voluit, pro vero aceto vini fratre, id est pro aceto distillato.

Sed vt huic inquisitioni nil desit, & vt omne dubium tollatur, hunc sc: spiritum, quem veneris filium somniant, nil acquisiuisse constantiæ, vel immortalitatis, vel eximiarum uirtutum ex cupro, neque esse tanquam ALCAHEST, vt vociferant de cani cum socijs: sic edisce. Accipe hunc tartarum regeneratum (ex putatitio nimirum veneris spiritu, & alcali tartari) hunc distilla ex retorta, vt supra fecisti, & extillabit oleum grauis odoris simul cum subamara aqua, sicut à tartaro, regenerato ex simpliciter aceto distillato paulò antè ostendi. Ex dictis, & ostensis liquet, quod quicquid distillatur ex alcali tartari aceto distillato imprægnati, aqua nimirum subamara, aqua ardens,

---

a *Sp: veneris quis est tanquam Alcahest cognoscitur pro aceto.*

ardens, & oleum flammam concipiens: illud ipſum diſtillatur ex alcali tartari ficto veneris ſpiritu impraegnati, aqua nimirum ſubamara, aqua ardens, & oleum flammam concipiens: adeòque ſpiritus veneris, cum habeat omnes operationes aceti, nil aliud eſt, nunquam aliud erit, *a* quam acetum diſtillatum, teſte Ariſtotele, & Experientia.

Nunc relinquenda eſt puſilla hæc uana, & futilis ſocietas, vt gaudeant cum ineptis ſuis detractionibus: ad vos me conuerto prçclara mundi lumina vt veritatem iudicetis, non autem vt vlulantium fictas & temere effutitas contumelias uindicetis, cum ex Plinio ſatis conſtet; ranas vltra ſolitum vocales ſigna tempeſtatis eſſe. Poſito & non conceſſo, quod acidi gutta vnica contineat ſolum 8200. partem eximiæ virtutis cupri, hæc inquam pars minima deberet tamen ſub fermentationis calore, ſi non in alcali vegetabili ſaltem in alcali metallico ſe extendere, atque regerminare, vt docet aliàs fermentationis ordo, ità vt, ſi non multam, tamen paruam quantitatem alcali metallici in cuprum vertere, non aliter quam virtus acidorum vegetabilium, & mediorum mineralium traſmutat alcali tartari in ſal ſuæ propriæ naturæ, vt dixi, & oſtendi: ſed ſicut antece-

a *Sp. veneris eſt acetus diſtillati.*

dens & eorum præmiſſæ ſunt falſiſſima, & ignorantiæ plena, ità & ſubſequentia.

Et rurſus dato, non autem conceſſo, quod acetum eximias (vt ineruditè, & abſque veritate teſtantur) ex cupro ſecum auferret virtutes, nullibi tamen neque apud philoſophos, neque medicos inuenire potui, intra corpus aſſumptum fuiſſe; ſed quicquid ex cupro paratur externè ſemper ad chirurgicas operationes adhibitum fuiſſe. Et licet ex cupro per acetum eximiæ virtutes trahi, ac diſtillari poſſent quod impoſſibille, oſtendi: quarè non trahitur eadem eximia virtus multo faciliori negotio ex cupro immaturo? cum nimirum multò commodius ſit conficere vnum, quàm duo milliaria: quare regeneratum vitriolum meum ex crudo vitriolo martiali paratum, vomitus, & ſuffocationis portenta edere debeat, ſi ex cupro maturo cum aceto tot eximias virtutes trahitis? Quibus adiungitis hæc magnifica, falſiſſima tamen verba. a *Hic laudatiſſimus ſpiritus, in medicina non ſolum magnarum eſt virium, cum Epilepticis, Apoplecticis, Hiſtericis, Hipochondriacis ſummè opitulentur, verum etiam tanquam liquor Alcabeſt ſe habeat, & non vt reliqui ſpiritus acidi, qui ſoluendo patiuntur, & deſtruuntur, in quæ aliud ens conuertuntur*

---

a *Fictus laudatiſſimus ſpirit. veneris eſt ficta panacea, & Alcabeſt.*

tuntur &c. Vid: Hip. Chim. cap. 29.

Veritatem amans lector nunc iudicet, vtrum possit aliquid ineptius excogitari? quod nimirum philosophorum vitriolum regeneratum ex immatura ferri minera eductum sit pernitiosum, atque letale; cum quotannis aliquot myriades hominum acidulas immaturo ferro, & spiritu naturali saturatas in magna copia bibant, ingenti cum emolumento, & vtilitate, & quod imaginaria eximia virtus ex cupro maturo cum aceto extracta (si daretur) sit panacea? peraptè sanè hic quadrat illud Plauti, *dicentis*: profectò nihil est stultitius, nequè stolidius, nequè mendaciloquius.

Superest, vt laudatissimus spiritus veneris, quem tanquam Alcahest se habere scribillant, soluendo corpus quoddam, examen subeat.

a Circumscribitur autem ab Helmonte Alcahest, quod sit exiguus liquor (b) labore sophiæ parandus (c) qui non solum omne corpus visibile in primam materiam resoluit (d) sed insuper vt immortalis, & incorruptibilis, (e) naturam mundat, omnesque morbos consumit (f). Non dari autem putatitijs doctori-

D 4 bus,

a *Alchaest quid?* (*b*) *pharmac*: 14. (*c*) *imago fermenti* §.8. (*d*) *verb. explic.* (*e*) *arcana paracelsi* (*f*) *potestas medic.* §.4. 3. *arbor vitæ in fine*.

bus, sed duplatis scientibus hactenus Helmont. Vtrum autem loquaculorum, vocaliumque doctorum laudatissimum acetum à cupro distillatum simile sit viribus Alcahest, iudicent æqui animi lectores, quibus si inepta hęc eorum assertio profundius examinetur, oculisque legentium subijciatur, indignationem, & nauseam profectò mouebit: propterea sola experientia eorum vanitatem ostendam.

a Dissolue ergò coraliorum rubrorum contritorum vnciam saltem drachmam in hoc aceto, quod esse *laudatissimum spiritum veneris* vociferant: solutum exsicca in balneo.

b Similiter in aceto simpliciter distillato dissolue aliam drachmam coraliorum contritorum, quę pariter in balneo exsicca.

Hos pulueres accuratè collige, atque separatim trutina expende, & videbis coralia soluta, & exsiccata, ad mediam drachmam aucta fuisse, tam *à spiritu veneris, qui illis est tanquam Alcahest*, quàm ab aceto vulgariter distillato: adeòque tantum acidi salis inbiberunt coralia à ficto *c spiritu veneris*, quantum ab aceto distillato; vndè patet denuò hunc se

habere

a *Sp. veneris salis coral.* b *Acet. sol. coral.* c *Sp. veneris est acetum & non alcahest.*

habere ſicut liquor Alcaheſt, quemadmodum magnif: domini rudi popello imponunt.

Rurſus inſtant; *Spiritu laudatiſſimus veneris diſſoluit perlas ſine bullis*, *& cortices intactos relinquit.* Id ſanè deberet mirum videri hominibus prorſus medica in arte rudibus qui nondum in ea tirocinium poſuerint, verùm decanis, reliquiſque approbatoribus non niſi vulgatiſſimum, & veluti ex infimioris medicinę triuio deſumptum. Quis enim vel triuialis medicus ignorare poteſt, acetum ſimpliciter diſtillatum pręſtare illud idem licet mora longiori, integris in illud perlis iniectis, ideòque ſpiritus veſter veneris, a qui *ſe habet tanquam Alcabeſt*, acetum diſtillatum eſſe non deſierit.

Quarè autem vnionem pelliculæ ab vtroque aceto non ſoluantur, in cauſa eſt eorum pinguedo, & vnitiuum gluten, ſedes filij ſolis, omnibus cruſtaceis, piſcibus, animaliumque membranis proprium, & familiare: hoc gluten in lapillis cancrorum, percarum &c. fictus veneris filius numquam tangit, vtcunque à vanitatum approbatoribus extollatur, acceſſum ad ea non habet, leproſus enim eſt horum reſpectu, ob id non admittitur ad Regiam ſedem idiotis ignotam. Quarè verò acetum medullam perlarum, la-

a *Sp. veneris eſt acetum diſtillatum.*

pidum dictorum, & coralia &c. erodat? Causa est, quod nimirum natura rebus quam plurimis minimam acidi partem indidit, vt cap. 2. ostendi, quæ minima pars, nisi per artem, vel naturam multipliciter, facilimè à potentiori supprimitur. Dabo exemplum in supra solutis, & exsiccatis coralijs, quibus acidi naturalis minima est portiuncula, quæ, à falso veneris spiritu oppressa sub illius cadit illius cadit dominium; vndè augentur pondere.

Exsiccata hæc coralia rursus dissolue in aqua quadam vel distillata, vel communi limpida, quiescat solutum, vt turbidum deponatur, quod ineptè fæces appellant, quas nihilominus separa, & in claram solutionem stilla tantillum spiritus vitrioli, vel sulphuris, qui superans spiritum fictum veneris non quidem aciditate, sed animæ nobilitate eijcit acetum, quod sp. veneris dicunt, de sede, & spiritus vitrioli regionis possessionem assumit, atque cum coraliis lactis coagulati formam ludit: fictus verò spiritus veneris iàm à nobiliori expulsus diluitur, & aquæ supernatanti inhæret, illique permiscetur.

Vtrumque hoc coagulum ablue, quantum permittitur, atque separatim in carta emporetica exsicca; & habebis magisterium coraliorum in pondere æquale tam ex ficto spiritu veneris, quàm

ex *a* aceto ſimpliciter diſtillato, quia idem eſt.

Aquam verò iſtam ablutam à coralijs, in qua eſſe diluta dixi, ſpirit: ſc: fictum veneris, vel acetum ſimpl: diſtillatum, accipe (ſi aliàs cautè ſpiritum vitrioli affudiſti, nam ſi ruſtico more, & ſine iudicio plus affundiſti, quàm coralia bibere poſſint, tunc reuera ſupernatabit, ſe ſuppono fuiſſe affuſionem ſtudio factam) & in illam ſtilla alcali tartari, donec ebullitionis motus ceſſet: aquam ſuperantem exhalato in vitreo uaſe arenæ impoſito, & inuenies tartarum regeneratum, ſicut ſuprà ex ficto veneris ſpiritu, vel aceto ſimpliciter *b* diſtillato in alcali tartari combibito oſtendi; idem enim eſt, hoc infallibili argumento, quòd in coralijs ſolutis, & in balneo exſiccatis remanſerat media drachma ſalis acidi ex ficto veneris ſpiritu; illud ſal acidũ per ſpiritum vitrioli à coralijs ſeparatum ſolum eſſe non poteſt, quarè rurſus in aqua elementali, ſicut matris in gremio ſe cuſtodit, atq; ſe in illa diffũdit, fitq; rurſus ſpiritus fictus veneris. Et niſi aqua elementalis occultum alcali in ventre contineret: acidum ſal in illa habitare non poſſet, eò quòd ſolum ſibi non ſufficit, vt Hippoc. docuit de diæta. *c* Idem autem facit acetum diſtillatum

D 6 ſimplex:

a *Sp. vener. eſt acetum diſtill.* b *Sp. vener. eſt acetum diſtill.* c *Eſt acet. diſtill.*

ſimplex: adeòque omnibus etiam medicinæ ignorãtibus nunc patet, quod laudatiſſimus ſpiritu veneris hìc & vbìque, nil aliud eſt, & nil aliud ſapit, quàm acetum diſtillatum; qualiacunque eius adoratores terriculamenta obijciant. Et licet Crollius, Beguinus, & reliqui tyrocinij ſcriptores claris verbis hoc ſoluens acetum appellent, necnon magnus ille Baſilius, à quo de verbo ad verbum proceſſus huius aceti ſurreptus eſt, vt oſtendit Hipp. Chim: cap: 29: nihilominus illud ignorantiæ virus non ſolum Auſtriam, ſed ferè totam ſuperiorem Germaniam infecit, vt inertes approbatores, ineptaque ſocietas cum rithmulis teſtantur; mirum ſanè non eſſe, quod ſicut olim Romani, ſic quoquè magiſtratus eiuſmodi Ambubaiarum collegia, hocque blateronum genus, qui de rebus ſibi ignotis in proximi detrimentum ſcribillant, de ciuitatibus, & Rebus publicis expellerent. Germania inferior ab hac contagione adhuc tuta eſt, ſicut & Italia, atque Gallia, & in poſterum hac antidoto tutæ præſeruabuntur.

[a] Quod autem acetum ex ærugine prolectum in parua menſura potentiùs ſoluat coralia, quam vulgariter diſtillatum, cauſam paulò ante oſtendi; id nimirum contingere, quòd vulgariter, acetum

---

a *acetũ ab ærugine quare acidius ſimplici.*

tum distillatum multa adhuc aqua dilutum sit: ab illo verò, quod ab ærugine distillatur, per exhalationem paulatiuam, elementalis aquæ euaporauerit: non secus atque si quis vitriolum viride, & humidum distillaret, tunc sanè acidum sal in longo liquore valdè debile esset: cum verò humidum (quod phlegma vocant) paulatim exalauit antè distillationem, acidum sal in minore copia aquę potentius, atque validius esse, necesse est, quò enim contractius lumen, eò etiam efficacius. Hic distillatus spiritus vitrioli, si rursus quicquam roserit, vel ferrum, vel cuprum, & coaguletur cum ipso, & ab illo denuò redistilletur, redit quidem eiusdem naturæ acidus liquor, sed multò subtilior, eò quòd in omni coagulatione quodlibet sal, vel spiritus salinus perdit de humido suo radicali (quid illud sit posteà ostendam) vndè deponere suam terram, necesse est (hanc vulgus fæcem appellat) & lumen fieri contractius. A repetita autem coagulatione, ac distillatione redit aquosior, tandenque in elementa redit vt de alcali tartari (pro exemplo) mechanicè ostendit Hippoc. Chimic. cap. 10.

Eodem prorsùs modo, & medio fictus spiritus veneris per repetitam solutionem, coagulationem, ac distillationem in elementa remeat: quotiescunque enim coralia, vel quicquam aliud soluit

(cum

(cum coralijs incepimus, cum illis finem faciemus) & posteà cum ijsdem coralijs coagulatus, & exsiccatus, toties deponit suam terram, vel alcali, & quantum terræ deponit, tantum accidi salis coralia bibunt, quià hoc solum esse non potest, & acetum fit tantò aquosius, ac tandem repetito labore in elementa redit, id est in aquam insipidam, terra verò, & acidum sal coralijs pondus debere: quæ quoque ex illis per repetitam distillationē in patriam redeunt, eodem planè modo, vt de vino ostendit Hip. Chim. cap. 18.

a Quod autem acetum vel spiritus vitrioli cupro affusa, ac redistillata redeant acida; ab alcali tartari verò insipida, & aquosa: causa est, quod alcali cum esset vacuum, se saturauit acido sale, quod in aqueo liquore habitabat, vndè acidum sal conuertit, & transmutat alcali in suam naturam. Cuprum autem vacuum non est, nam acidum, vel forma cupri superat eius alcali, & ideò non absorbet acida salia; & licet agant circa illud, & erodant eius corpus, non possunt tamen imprimere quicquam formæ, vel virium, neque illud destruere; eò quòd cuprum animam constantem à natura aquisiuit, vel cum Plauto acidum in pectore habet.

Et

---

a quare acetum redita cupro acidum & non ab alcalibus?

a Et rursus quærunt, quarè à cupro acetum, sicut affunditur, redistilletur, à plumbo vero insipidum? Quamuis hanc similesque pueriles quæstiones cum erubescentia tractem, motus tamen commiseratione in rudes, atquè inertes doctores, sperans hanc responsionem posse esse eisdem futuræ emendationis, lubens repeto supra ostensum responsum. Cuprum dixi habere acidum præualens, vndè non solum aceto, & ficto veneris spiritui resistit, sed etiam acidis mineralibus omnibus: plumbum verò à natura minimam eius acquisiuit particulam, ideò omne acidum bibit sub perfectionis spe, vt ita dicam, & de alcalibus ostendi, hęc est causa, qua plumbum similitudinariè vocatur à philosophis prima metallorum materia, vel metallorum alcali respectu aliorum metallorum, quę magis, vel minus acido ditiora sunt. Aurum est acidissimum, & ob id perfectissimum vt cap. 2. ostendi. Ecce quàm facili negotio me ab ingentibus difficultatibus expedierim.

Mirabuntur nostrorum quam plurimi, quod in re tam clara horas consumem, Basilius enim Valentinus ante sęculum hoc acetum ex ęrugine in iuuentute pręparare docuit: idque non spiritus veneris, sed aceti nomine appellauit cognoscebat enim

a *Quare a plumbo insipidum?*

enim hic vir (non autem decani neque socij) a quod cautum erat Conditoris Supremi decreto, naturam sc: pręstantiorem non degenerare in deteriorem, quod probat remanens fęx, vel caput mortuum in retorta post distillationem huius aceti relictum; quod cum borrace, facili fusione redit in cuprum, euidenti argumento, cuprum de sua substantia, vel virtute eximia (vt dicunt) nil perdidisse, plura vide in Hippocr: Chimich: cap: 29.

Pro epilogo huius capitis repeto, quod quicquid mundus habet, nascitur, conseruatur, & multiplicatur per acidum spiritum, aut occultum, vel manifestum id haberi, nasci, conseruari, & multiplicari, & in acido habitare animam, illique alligatam esse inseparabiter, atq; iuxta acidi spiritus proprietatem informari corpus, vel alcali. Si itaque natura est in omni re similis, & ars imitatur eam, vt Pytagoras, Hippocrates, & experientia docent, necesse est, vt cum acidus spiritus aceti ab ęrugine distillatus coralia roserit, & ab illis fuerit absorptus atque cum illis coagulatus, tunc sanè coralia imbuta sint proprietatibus, & conditionibus aceti, non quod coraliorum acidum innatum, vel forma pereat, sed solum à potentiori acido supprimatur,

a *Sp. ven. est acet.*

matur, vt suprà in magisterio ostendi: Si ergo vester laudatissimus spiritus veneris *legitimè*, ac debitè (vt aiunt) *exhibitus*(licet modum nondum docuerint) *succurrit Hippochondriacis, Epilepticis, Hystericis* &c. magisterium coraliorum (quod turgido pectore *nostrum magisterium solubile* vocant) cum spiritu veneris factum multò maiora prestare necesse est, si aliàs spiritus animare debeat corpus, cui iungitur, vt hactenus claro sermone, & mechanicè ostendi, & in posterum ostendam. *a* sed sicut *spiritus veneris legitimè, ac debitè exhibitus* optimus est ad condiendum acetarium; sic quoquè, aceti vini veram naturam habebit, semperque, retinebit, vsque dum fiat tanquam Alcaheft.

Maximum autem secretum ex liberalitatis thesauro nuper, & nouiter nobis reuelarunt domini decani cum reliqua turba collegij, quod in hunc vsque diem in tenebris delituerat: quod nimirum eorum fictus *b Sp: Ven: dentium dolori succurrat*, neque in Dioscoride de aceti historia nemo intelligere potuit, nisi mundo per somnium, & arcanam reuelationem patefactum fuisset: Sed sicut acetum coralia soluit; sic quoque induratum mucum circum dentes abradit, atque tollit, vt gingiua rursus dentibus vniri possit:

gingi-

a *Sp. ve. est acetum.* b *Acetum abstergit.*

gingiua enim ſana cuſpidalis non admittit dolores; ſed quàm primùm ſordibus cogatur cedere, & dentes tantillum denudentur, ſtatim continuo ſoluto ſanguis aceſcit, putreſcit, & in fæcem ibidem coagulatur duram, quam nonnulli tartarum inepto tamen nomine vocant, quę fæx cum abraditur, vel aceto, vel ſpiritu ſalis, imò ferreo inſtrumento dentibus breuiter auxilium datur.

Habetis veritatem amantes ſtudioſi integram tragædiam, ortum, & interitum decantati ſpiritus veneris, qui *eximijs ſuis viribus* approbantium, & ſubſcribentium ſocordiæ mederi non valet: vndè accidit ijs quidpiam non abſimile, quod contingere ſolet filijs eorum, qui poſſeſſiones alienas conduxerunt: vt enim qui pueri adhuc ſunt, cum vident patrem colligentem fructus, celoniſque imperantem, exiſtimantes, fundos eſſe ſuos, lætantur, at poſteà vbi adoleuerint, nihil ſuum eſſe præter laborem animaduertentes, vehementer, triſtantur, & dolent. Huiuſmodi ſunt iſti; ſicut quoque apud Sendiuogium legitur, quicquid. Alchimiſta ex ſulphure voluit, ſemper candelula fuit; idem accidit de canis cum reliquis approbatoribus, quicquid *eximiarum virtutum ex cupro* volunt, ſemper acetum fuit.

Quod

Quod nulla materia ità destrui possit, quin maneat sub aliqua forma.

CAP. VII.

OStendi præcedenti capitulo, acida ducere alcalia ad eorum proprietates, atque in salsa ambo mutari. Quæ autem planè alcalia non sunt, cum nobilius acidum eis superuenerit, pessundatur quidem internum eorum acidum, non tamen atteritur, vel destruitur, vt ex eo aliud quicquam noui regeneretur.

Nunc pergam probare mechanicè per sequens instrumentum, quod alcalia omnia retineant quodammodò de forma, qua mixta saturata erant, priusquam per ignem in alcali reducta sit. De quo vid. Hip. Chim. cap. 7.

Dissolue vnciam mediam mercurij sublimati in communis aquæ distillatæ vncijs quinquaginta: vel drachmam saltem sublimati in duodecim vncijs aquæ: in particulam huius claræ solutionis guttatim, sed celeri lapsu stilla alcali tartari fixum in liquoris forma, vel vt aiunt, oleum tartari per deliquium, quod in momento à mercurio aciditatem pro maxima parte separat, & absorbet, & mercurius cadit in vasis fundum sub forma pulueris obscurè rubentis. Hæc operatio vocatur in pharmacopolijs, & ab eorum

mini-

ministris phisicæque studiosis omnibus præcipitatio; hoc nomen etiam & nos nunc vsurpabimus.

Ex aceti distillati fæcibus in cinerem exustis elicitur per aquam alcali tartari: & licet illud ex eadem vite cum vino productum sit, mercurium tamen vt supra solutum præcipitat rutilantem, & splendentem.

Cum verò idem alcali ad rubedinem calcinatum fuerit igne humido, tunc cadit idem mercurius vt cinnabaris contrita.

Tartaro exusto si calcem superaddideris, & alcali extraxeris aqua simplici, mercurius rutilus præcipitabitur.

Calx per se merc: sic solutum non præcipitat, cum sit ex acido, & alcali salsa, & qui contra experientiam salsedinem calcis negant, inter stultorum numerum habendi sunt. Cum verò per aliquot horas tandiù quiete gaudeat liquor mercurij supra dictus, cui frustulum calcis iniectum sit, quousque acidum, quod mercurium solutum continet, illud in calce supprimere possit; tunc sanè merc: paulatim cadere cogitur, atque calci circumcirca adhærere minij instar, curiosis oculis valde delectabilis.

Ex herba kali incinerata extractum alcali merc: præcipit: multò obscuriorem prioribus.

Lixiuium, quod saponarij magistram vocant,

vocant, quod constat ex calce, & alcali artificiali, dat merc: obscurè flauentem.

Ex Hispania adfertur alcali, vtrum simplex an compositum incertum est, merc: tamen præcipitat fului coloris. Hæc exempla de fixis alcalibus (pro sapone & vitro) quæ in cineribus reuerberationem admittunt, nec facilè ab acuta flamma pereunt, sufficiant. Addam quædam medicinæ alcalia, quæ acrem reuerberationem in cineribus non perferunt, nisi superioribus commisceantur, hæcque fiunt ex herbis cephalicis dictis, vt ex rosmarino, lauendula, ruta &c. omnibus calidis, atque grati odoris, hæc inquam sunt quidem alcalia, sed non fusibilia in cineribus, facilimè enim fugiunt, & ob id medicinalia. Hæc omnia quotquot sunt deijciunt merc. sic solutum in rubidum lucentem puluisculum.

Sic quoquè chelidonię alcali deijcit, vel præcipitat merc: rubicundissimum: vndè non inerudité, sed præclarè sanè, & doctrinaliter exclamat Iohan: Isaac Hollandus: qui salia non nouit, nihil vnquam in arte præstabit.

Omnia dicta alcalia, tam quæ acri flamma exusta pro sapone & vitro, quàm medicinalia ex cephalicis diuerso colore mercurium sic solutum (vt dixi) præcipitant, manifesto argumento, quod eorum forma ab igne totaliter non absumatur, sed quod conseruent quandam sui

simpli-

ſimplicis proprietatem, ex quo extracti ſunt: Gebro ſic atteſtante; ſal retinet proprietatem illius rei, à quà exortum eſt, cui adſtipulatur experientia, quam oſtendi. Olim exiſtimaui colorum differentiam in mercurio ſublimato, vt ſupra ſoluto, & per alcalia præcipitato, proueniſſe ab igne in alcali magis, vel minus agente; ſed tandem frequenti experientia errorem cognoui, dies enim diem docet, & nox nocti indicat ſcientiam: magiſtri nati non ſumus, neque Lullijs omnes eſſe poſſumus, ſed ætas, vſus fræquens, & experientia veritatem manifeſtant: obſeruo Hippocratem, & Galenum errorem ſic correxiſſe à veritate nimirum edoctos, vndè etiam nobis, qui tardi ingenij eſſe fatemur, turpe non eſſe iuuentutis delicta corrigere, exiſtimo; præſertim cum prægreſſores non habuimus, ex quibus excerperemus, ſicut illi, qui in receptulis colligendis gloriam temporis requirunt, neque vllum alium Scipionem, quàm fontem omnium virtutum, vndè proprio marte è naturæ fontibus, immenſa meditatione, & non paucis expenſis, atque labore veritatem eruimus. Quamobrem ad formarum conſtantiam demonſtrandam notum ſit vobis volo, me illuſtriorem, breuiorem, & ſimpliciorem viam inuenire non potuiſſe, quam per mercurij alterationes alcalium affuſionem demonſtraui. Formas nimirum

rum cum ostendere studeo, eodem labore, sponte se offert, & se manifestat mercurij præcipitatio: qui currens adhuc, solutus in aqua forti, alcali tartari affuso præcipitatur in colorem obscurè flauentem.

Omnes supradicti præcipitati pulueres mercurij causticæ, & corrosiuę sunt proprietatis, eò quod mercurius induit eius rei naturam, qua cum primò commiscetur, & non abluitur caustica vis vllo artificio, nisi solo ignę, vt docet Hip. Chimic.

Sic quoquè mercurius in aqua forti solutus, & ad siccitatem euaporatus aucto igne, vt fundus vasis candeat, fit puluis rubicundissimus scintillans, & vocatur in medicina *a* pręcipitatus Vigonis, eò quòd Iohan de Vigo chirurgus maximę famę huius inuentor fuerit: cui rubicundo, & scintillanti pulueri affunde alcali tartari, & in loco tepido per horulam relinquito, & totus puluisculus obscurè flauescet, quià alcali pro parte causticum acidum ab aqua forte relictum absumpsit.

Rubicundi, & scintillantis pręcipitati virtus est, vt sordes crassiores vlcerum, callos, hypersarcosin omnem, & condylomata, similesque excrescentias sine morsu ferè strenuè absumat, ideò sordidis,

---

a *Præcipitatus Vigonis.*

dis, putridis, saniosis, callosis, serpentibus optimè medetur, modò solus, modò vnguentis, modò emplastris, vt necessitas flagitat, commixtus.

Idem Ioannes de Vigo composuit Emplastrum ex mercurio viuo cum plurimis alijs anodinis ingredientibus ad mitigandos artuum dolores ab inueterata lue venerea obortos, fęlici successu, quod vsque in hunc diem nomen ab inuentore Emplastrum sc: Vigonis de ranis cum mercurio, retinuit.

Iohannes de Vigo itaque nobis tradit ex mercurio vulgi viuo duo medicamenta; vnum escaroticum, & detergens; alterum anodinum, atque dolores sedans indicare volens ipse, & cum eo totus chirurgię senatus, anodinum toto cęlo escarotico esse contrarium.

Nihilominus, vel ambitione, vel ignorantia, vel vtraque textum, & sententiam viri optimi euertunt (in iure crimen falsi admittendo, cuius defensionem perpetuam nunc suscipio) illumque insuper cachinnis excipiunt, eò quòd mercurium oleo laurino secundum artem, & saliua extingui iusserit; sed sicut crassa ignorantia animo non sincero fermentata, mutilarunt, & infamarunt Hippoc. Chymicum; sic quoque Auctoris intentioni sensum toto cęlo contrarium supposuerunt. Coquit nimirum dulce hoc sodalitium mercurium viuum

aqua forti solutum cum axungia viperina, & oleo vsque ad humidi aquei absumptionem, asserens, *a* atque peierans coquendo causticum hoc dulcescere, quod non solum contra experientiam, sed etiam contra claram veritatem pugnat.

Nam dulcem si desideras, satis est, vt eum extinguas cum oleo, & saliua iuxta auctoris mentem, vel accipias mercurium dulcem, vt extat in pharmacopolijs, quià vterque ab alcalibus non tangitur, eò quod nihil acuti habeant, vt mox mechanicè ostendam.

Paulò ante demonstraui argentum viuum (voca vt lubet) in aqua forti solutum, cum alcali tartari præcipitatum cadere in obscurè flauo calore, alcali ab eo sorbente pro maiori parte causticum acidum illi ab aqua forti impressum: sed in hoc emplastro mercurius cum aqua forti solutus cum axungia viperarum ad humidi aquei consumptionem coquitur, fitque massa grisei coloris; cui massæ si affundes alcali tartari mediæ horæ spatio videbis alcali pinguedinem penetrans acidum corrosiuum ab aqua forti relictum absumere, mercuriumque obscurè flauescere simili prorsus modo, quo fit in mercurio simpliciter aqua forti soluto, & iuxta mentem Vigonis præcipitato:

E adeò-

a *Vigoris Emplastrum anodinum deformatur in causticum.*

adeòque mercurius sic solutus, & cum axungia coctus, nullo modo dulcis euasit, vt falsò testantur inepti coctores, sed remanet corrosiuus per eorundem propriam confessionem: asseuerant enim *mercurium aqua forti solutum coquendo in axungia dulcem fieri*, & posteà fatentur per eundem *condylomata, carnes putridas, & similia absumi*: quę duæ assertiones interse inuicem aduersis frontibus pugnant: Illud est, quod mouet Hippoc. in dulcem risum dicentem: *nesciunt quid faciunt*. Ex fructibus ergò & operibus cognoscetis eos, id est, opera ignis probant ignem verum, & mercurius condylomata absumens est verus præcipitatus, eò quòd facit operationes mercurij præcipitati, quod ostendi ex propria eorum confessione, nec non per alcali affusionem, ambo enim obscurè flauescunt, tàm ruber præcipitatus Vigonis, quàm hic cum axungia coctus.

Deploranda sanè est mortalium conditio, dum omnium artium celeberrima medicina, atquè nobilissima nostris temporibus à stupida ignorantia dirigi permittitur & ob id meritò omnium artium vilissima proclamatur.

Nonnè docent clara, & luculentissima doctrinæ lumina veteres nostri ità se habere terrestrem mercurium sicut cælestis mercurius se habet? Et ea, quæ sunt in superis, pariter hìc esse in inferis.

Et

Et cui planetæ mercurius iungitur, id est cui virtuti connectitur, eius naturam quoquè suscipere? cum sit omnium rerum seminibus prægnans.

a Iohan: de Vigo desiderabat mercurium terrestrem causticum, vndè prædecessorum suasu, illum iunxit cum planeta terrestri, cuius virtus erat ignea, & caustica huius naturam amplexus est, & causticus euasit, iuxta veterum doctrinam, qui vocatur mercurius præcipitatus Vigonis.

Iohan. de Vigo desiderabat mercurium terrestrem anodinum, vndè rursus veterum doctrinam secutus illum iunxit cum anodinis rebus, axungijs nimirum, oleis, & ranis, quorum naturam assumpsit, atque anodinus factus est.

Adeòque mercurius accipit formam eius rei, à qua soluitur, illique commiscetur, vt de alcalibus vegetabilium satis lucidè supra ostendi, qui habet aures audiendi audiat.

Hinc patet, inuentorem præcipitati, vt & Emplastri anodini (fuerit ne Vigo, an alius, meum non est hìc indagare) non solum habuisse experientiam, sed causarum quoque cognitionem vndè sapientem fuisse necesse est: adeòque reformare scientificorum actiones, friuola, & absurda est ignorantia, inter phræneti-

a *Mercur: præcipitatus causticus.*

corum deliria reputanda: quarè melioris operæ pretium ex commiseratione vestrá me facturum puto, si hanc sine sale disceptationem perpetuo silentio clausero, nè in pharmacopolarum tyronum, atque vulgi risum abeatis, verum vt imposterum, quæ nescitis, discatis, priusquam contra veritatem, & antiquissimam Hippocraticam medicinæ scientiam vestra scurrilia effutiatis, quibus fateor longè vos esse me superiores; hominum enim ineptias, tam eruditè, & ornatè depingere, & decorare nostis, vt hac in arte meritò vobis fasces submittantur. Nè autem perpetuus, & sonticus fiat vester morbus, saltem curate, vt sepiùs eiusmodi vomatis.

Porrò mercurius præcipitatus, qui iam ab aqua forti causticus euasit pro carne putrida absumenda omnium peritorum chirurgorum assertione cuilibet vnguento iuxta exigentiam potest commisceri; quid ergo anodina compositio cum præcipitato, præsertim in regionibus vbi axungia viperina auro carius venditur? vndè non solum hæc axungia contra inuentoris intentum prçcipitato commiscetur, sed insuper pharmacopœis odiosa, atque molesta (præsertim dum porcina cum præcipitato idem præstet) ægrotis verò inutilis euadit.

Audiuistis nunc veritatem amantes lectores, quo fundamento emplastrum hoc

hoc de ranis cum mercurio reformatum ſit, ad vos nunc ſpectat iudicare, vtrum ob id Ioh: de Vigo vir ingenuus ignominia contumelioſè affici meruit? Et vtrum ſit toleranda ſterilis illa, & à veritate aliena, inſipidaque doctrina, quę non ſolum contra naturæ ordinem, ſed inſuper contra prędeceſſorum noſtrorum rectè inſtituta ineptiſſimè debachatur, quà ſtudioſa iuuentus à teneris annis erudiatur, cum quibus creſcit imperitiæ virus, fitque vulnus incurabile. Sed hæc tandem non eſſent ſummi momenti, niſi hominum ſalus pericliteretur; aquam enim ſimplicem pro cordiali, acetum pro epileptico remedio, cauſticum pro anodino, toxicum cupri pro ſalubri medicamento ægris propinant; ab huiuſmodi profectò nulla eſt languentibus ſperanda ſalus, ſed tantummodo nummorum ſtulta profuſio, & demum ipſius quoque vitæ iactura: ad gharamantas itàque cum eorum veneris ſpiritu fictiſque receptulis ab orbe ciuili exulent, vt ibi fleant ſicut fæminæ, cum non pugnauerint ſicut viri.

a Ordo poſtulat, vt oſtendam, quid ſit mercurius ſublimatus, cum illum pro inſtrumento poſuerimus in alcalium examine. Quomodò autem hic paretur, docet Hip. Chim. cap. 29. vbi notandum, quod vitriolum rubificatum, vel ad ru-

a *Mercurius ſablitus.*

bedinem calcinatum non additur, vt mercurio pondus augeat (vt existimant magnifici domini cum socijs, alias non calcinaretur ad rubedinem summam, sed ad albedinem solum, vt in distillatione vitrioli fieri solet, cuius caput mortuum ex spirituum distillatione relictum huic negotio aptissimum est; adeòque non indigemus eius spiritu; vt mercurio pondus addat.) sed additur, vt nitrum sulphurerum appræhendat sulphur immaturi metalli in rubificato vitriolo delitescens, quod suprà ostendi, iunctisque viribus mercurium dissoluant; hęc est ratio, qua vitriolum rubificatum requiritur. Quantitas autem in quadrupulo respectu salium additur, eò quod hæc sint facilis fusionis in igne, à qua per vitriolum rubificatum præseruantur, reliqua habet Hippoc. Chimic. citato capite.

Idem mercurius semel sublimatus, non indiget cum nouis speciebus rursus *sublimari*, vt volunt inertes approbatores, eò quòd acidos spiritus semel sorptos non exuat, vt eosdem spiritus ex nouis speciebus rursus reinduat: & posito, quod centies nouis speciebus resublimaretur, nunquam tamen fieret purior, vt falsò testantur: ratio est, quod hac via non separatur externum sulphur, neque suscipit magis vel minus, quamquam (*legitimè* vt aiunt) millies, & centies millies resublimaretur, verbum autem *legitimè* hoc loco nil

nisi

nisi agrestem inscitiam denotat, aliamque vim non habet, nisi quod intelligentibus nauseam moueat; sed tantum recipit, quantum illi satis est pro sui saturatione: quod sciunt, qui aliquandò mercurium in aqua fòrti soluerunt, quæ vbi satis potens non est, intactum manet granum mercurij, & viuum, quià bibere non potuit, quod non erat, & vice versâ aqua soluere non potuit, quià acidum sal illi deerat. Profectò à pharmacopœorum tyrunculis *legitimè* ad pontem asininum cum hoc *puriori mercurio*, cæteriusque falsis receptulis, amandandi essent.

a Cum verò mercurius sublimatus per alcalis vegetabile ab acidis spiritibus liberatur, & ex retorta viuus reuocatur tunc sanè nouis speciebus commisceri, ac denuò sublimari potest, quem modum hactenus ignorarunt decani cum socijs, purior tamen, & splendidior non fieret, eò quod in prima sublimatione omne id, quod suæ naturæ non erat in fæcibus, & capite mortuo neglexit; minore tamen rediret in quantitate, eò quòd à frequenti sublimatione & reuificatione in elementa redeat: sicut de alcali tartari, de spiritu vitrioli, & de aceto suprà ostendi vid. Hip. Chim. cap. 10.

Mixturam mercurij cum vitriolo rubificato,

a *Mercurij sublimati vel præcipitati reuificatio.*

ficato, nitro, & sale, antè dictam si non paulatim, sed plus iusto, & maiore cum celeritate sublimaueris, concrescet in summitate capitis mortui mercurius in cristallos lucidas, & magnas, nitro æmulas, atque adamantis splendori nil cedentes, quam rem loquaculi pro magno secreto celebrant, atque *mercurium purissimum* esse affirmant, quibus quadrat sermo mercurij apud Sendiuogium; sibi sc: à natura esse ridere stultis; cui morbo, Cardano teste leuiter sine baculo occurrere possunt, edendo cerebra gallinarum, testiculos palumbarum, & testudinum, bibendo aceti albi modicum quotidie; Cardanus notitiam si habuisset de veneris filio, strepidulis doctoribus nouiter nato, hunc fortasse aceto prætulisset, cum *epilepticos & melancolicos sanet debitè exibitus*, testibus medicinæ Decanis Austriaci & Norimbergensis collegij purgentur interim humores helleboro nigro, vtinam Antycira hoc in casu non deficeret, bibatur ius castrati, & odorentur nympheæ flores, qui grato odore cordis spiritus egregiè exhilarant; sculpe in topazio Aristotelem in Tempe spaciantem; hactenus Cardanus: cui addo, nisi summi, & nimium sapientes Decani cum socijs, veneris filium approbassent, nemo profectò, vel simplicissimus hominum hunc natum credidisset. Sed ecce magnum, & tacitum illud artificium vobis

gratis

gratiscomunico. Concludendo igitur dico, quod etiam mercurius sublimatus, vel præcipitatus, cum exungia viperina malè tractatus, & aqua forti mortificatus, nec non alcalibus commixtus, & ex retorta igne nudo reuificatus, adeòque debilis, & fragilis sicut alcalia, vt & nulla materia ità destrui possit quæ non ostendat de sua forma.

Acidum destruere, & perficere, & ignem, & solem, & acidum easdem habere potestates.

CAP. VIII.

SEminibus indidisse naturam minimam acidi pàrtem ab initio capite secundo ex auctoritate, & experientia ostendi, eòquod ex se ipsis incrementum suscipiant, & multiplicentur, vt manifeste in frumenti grano apparet, cuius acidi naturalis quantitas computatur esse 8200. pars respectu sui corporis, vt docent arcanorum Mystæ: quod si cum humore molificante maceretur, conuenienti calore adhibito, excitatur eius acidi innata scintilla, quæ ità se distendit, atque dilatat, vt de loco palàm moueri videatur, hoc autem expansionis motu comprimit, atque superat sororem, quam amat, id est, tàm alcali proprij corporis, quàm illud, quod ex aqua han-

fit, illudque conuertit in sui naturam, id est in acidum. Hanc motionem tàm cum vulgo, quàm cum philosophis fermentationem appellamus. Sic ex hordeo, quod frigidæ naturæ per Hippoc. est non solum fit temperatus, sed etiam inebrians potus nomine cereuisię, ex qua per distillationis artem elicitur aqua ardens, quę ante fermentationem hordeo non inerat, spiritui vini nil cedens, qui licet inflammabilis, acidus tamen est, vt ostendi Hippo: Chim: cap. 18. multiplicatur autem innatum acidum vel sponte, vel arte, adiectione nimirum sui similis acidi, quod propter symbolum facilimè admittitur (similia enim similibus delectantur) quod communi nomine fermentum appellatur. Si verò minimam illam portionem acidi grano innatam excitare vellemus acido non eiusdem naturę, sed mineralem animam habente, vt exempli gratia acido vitrioli, nitri, salis, *vel similium*, tunc generosius, & potentius deprimeret debilius, illudque suffocaret, quod tyrannidis impatiens iugularetur, & in nihilum conuerteretur.

Sic margarita possidet respectu sui corporis 8200 partem innati acidi prętiosissimi, cui superueniente acido potentiori ex aliena familia aceto sc: ex ęrugine distillato (quod ridiculo titulo *menstruum secretum* appellant) tyrannidemque exercente, supprimitur in perla rector, atquę iugula-

iugulatur lucidum illud prætiosumque lumen solis filius, qui ęgrorum vitali lumini lubens succurreret, nisi ab aceto ex ęrugine falso nimirum spiritu veneris iniquo dominio subigeretur. Perla itàque sic soluta prodesse non potest, nisi ęgri debilis stomachus acidum illud sal (quod suprà ostendi in coraliorum magisterio) ab aceto ibidem relictum subigat. Nàm quemadmodum acetum ab ęrugine distillatum dominatur, atque sub iugo detinent lumen vitale perlarum; eodem modo in morbis contingit: supprimitur nimirum lumen vitale à potiori acido morboso, teste Hippo: de veteri medicina, quod si combibatur, vt ab alcali acidum, vel diluatur, atque à loco affecto separetur, facile resurgit vitale lumen, vid: Hip. Chim. cap. 21. Hinc natum est illud famosum dictum, quod sicut in Theologia, sic quoquè in philosophia non minorem locum habet. *Timor* scil: *Domini, initium sapientiæ*. Id sonat, noli contra pręceptum Altissimi, acida acidis destruere, sed placidè, blandèque fouere, & sapiens eris: sic docente Domino. Granum frumenti cadens in terram spongiosam, & non in calcatam illam, quę innatum lumen quoquè deprimit (ob id inuertitur) ibi soluitur, & exteriorem amittit formam, innatum tamen eius lumen quicquam non patitur, sed tempore suo producit sui similes fructus, & non dissi-

 patur,

patur, eò quòd filius solis in spongiosa terra se extendit, & alcali sororem, quam amat, amplectitur, quę prægnans trahit nutrimentum ex eo, ex quo ambo constant, producuntque vnà simul sui similes fructus, & hęc naturalis operatio, atque processus est timor Domini, atque sapientię initium.

Cùm verò frumenti granum proijciatur in ignem, id est in acidum potentius naturæ suæ non conueniens, vel ex aliena familia desumptum, vel in terram sulphuream, vel in fictum spiritum veneris: tunc fit contra præceptum Altissimi, committitur inobedientiæ peccatum aduersus Dominum, granumque tam in materia, quàm in forma corrumpitur, dissipatur, planèque inutile redditur non solùm generationi, sed etiam fermentationi, vt de perla in aceto soluta suprà ostendi; sic cessát timor Domini, & loco initij sapientiæ innascitur initium stultitiæ. Vbi notandum, quod sicut acidum grano innatum fermentando agit, & se multiplicat, aut in uirtute, aut in numero, sic quoquè ignis, qui est acidum inflammatum, *a* agit sicut fermentum, & non cessat, donec reperit, in quod fermenti more agere, illudque ad eius similitudinem æquale sibi reddere possit.

Adeòque, quicquid dissoluitur in acido extra

---

a *Ignis est acidi fermenti inflammatio.*

extra familiam suam, vel innato potentiori, statim supprimitur eius debile acidum, & dissolutum acidi dissoluentis naturam induat, necesse est; acidum enim cum soluit, coagulatur, & combibitur ab innato alcali rei, & ab acido soluente crescit eiusdem rei pondus, vt de ficto veneris spiritu in coralia agens suprà, & in Hip. Chim. de mercurio sublimato ostendi: Omnia inquam crescunt pondere ab acido externo, quod internum pro viribus supprimit, vel iugulat, & id non solum in via humida, quam ostendi, sed etiam in via sicca ignea & ardente: cuius exemplum sit sequens mechanica.

a Plumbum ad pondus drachmarum centum exustum reuerberij flamma ex aridis lignis in puluerem, qui valde rubet (nam debile acidum plumbi ab imperiosa acida flamma accensa supprimitur) perdit plumbi nomen, atque figuram, & igneum colorem reinduit; à lucente autem rubedine ratione domitoris acidi minium vocatur. Hoc lance expendito & inuenies minium decem drachmis auctum ex flamma accensa: quemadmodum in via humida coralia soluta in falso spiritu veneris, & coagulata augmentum suscipiunt; sic quoquè plumbum in via sicca, & ignea crescit, & augmentatur ab acido in flamma, Hip. Chim: cap.

a *Minij præparatio.*

cap. 26. Eadem enim eſt ratio, quam decani cum ſocijs capere non poſſunt, dum vociferant, *pondus illud ad decem ſc: drachmas in minio auctum non prouenire ab acido ex flamma accenſa, ſed ab aere*. Ab aere illud pondus minio? Decani! quo ruitis? Ad Anticiras cum antecedente grege fideliter hortor. Nam philoſophorum teſtimonio aer eſt naturæ cribrum, per quod virtutes, & influentiæ tranſmittuntur, vacui impatiens, nullo modo per ſe condenſabilis, ſed immortalis, & ſubtiliſſimus fumus ab igne cæleſti accenſus &c. In illo habitare ſolis filium oſtendi ſuprà, qui non aſſumit corpus, niſi cum ſorore ſua, quam amat, id veterum, & neotericorum verè philoſophantium auctoritate, & experientia adſtipulantibus. Adeòque erat, cum ſit ſubtiliſſimus, & de ſe incondenſabilis non poteſt minio addere pondus.

Aer ipſe non leuitat, nec grauitat, neque propria ſponte comprimitur, niſi vi quadam in ſclopeti canna, ex qua rurſus vi quoquè erumpit. Idem quoque apparet in organo vitreo, quod ſpeculum vocant calendarium, aer in illo comprimitur quidem à frigore, & à calore, rurſus rareſcit, & dilatatur. Si ergò aere tempore frigido minium grauitaret, calido rurſus leuitaret: Sed minium quocunque tempore æqualiter ponderat, adeòque aer non eſt, qui minio pondus addat.

Poſito

Posito autem, & non concesso quod solis filius in aere habitans in minio corpus assumeret, attamen id non fieret nisi annorum spatio, vt in nitri matrice, & vitrioli minera ostendi: sed minium iam iam ex fornace tractum, & adhuc feruens ponderat tantum, quantum post annos, adeòque nec filius sibi facit tabernaculum in minio, neque illi pondus dat.

Aer cum sit vacui impatiens, vt philosophorum auctoritate ostendi, semper repletus est aqueo humore, qui in frigido confestim in aquam concrescit. Exemplum dabo domesticum: cum frigidum bibimus æstatis calore ex vitreo calice, quam primùm calix frigido impletur, statim turbatur, quià aqueus vapor per aere dispersus à frigido condensatur, ibidem adhæret in tanta copia; vt aliquandò guttulæ decidant. Mirum quàm efferunt cristas, quam altè reboant: at at illum esse obgannient gaudentes, me vix euadere posse, vaporem aqueum, qui à minio ex aere trahitur, eique pondus addit; sed aqueus vester vapor in frigido concrescit, & in calido rursus rarescit: quod probat ridicula, & puerilis vestra mechanica: *caput mortuum nimirum vitrioli* (id est fæx vitrioli ex qua spiritus semel distillando expulsi sunt) *aeri expositum rursus exsaturatur vitrioli spiritu, quod si distilletur, denuò spiritum edit*. En

curio-

curiose, & veritatem amans lector, hæc est probatio (quod sicut caput mortuum vitrioli rursus in aere exsatiatur spiritu, sic quoque minium ex fornace eductum ex aere exsatiatur pondere) non minus anilis, quàm puerilis, quam, sicut omnes reliquas falsas, & male intellectas ostendi, sic quoque hanc falsissimam, & minimè ab integro rithmulorum collegio intellectam demonstrabo.

In vitriolum enim semel tyrannidem viuum nimirum ignem passum filius solis non agit magis, quàm in ouum coctum pro pulli exclusione: trahit autem vitriolum vstum ex aere ratione ariditatis, quià ex succum, non quidem acidum spiritum vitrioli, sed aqueum vaporem, qui aqueus vapor, quandò vitriolum incalescit vel à sole, vel ab igne, rursus fugit ad aera, quemadmodum omnis aquæ proprium est. Nàm istud caput mortuum, si rursus in aere vitrioli naturam indueret, famosus ille spiritu vitrioli distillator apud Amsterodamenses, qui non solum tertiæ ferè parti Europę, sed etiam omnibus nauibus, atque vtriquæ Indiæ de spiritu vitrioli prouidet, & quotannis consumit multa milia librarum; si distillatum aeri expositum rursus vitriolum fieret, Fortunati vtique sacculo simile esset: sed sicut falsum est, quod caput mortuum vitrioli redeat in vitriolum, sic quoque mendacium est, quod aqueus

vapor minio pondus addat. Probatur experientia.

Accipiamus ſaltem minij vnciam, ſicut venditur, illud in vaſculo vitreato terreo, largo, & humili, furno piſtoris calido per noctem imponamus, vel etiam ſoli meridiano exponamus, cuius calor non ſolum humidum minium, ſed etiam paludes, lacus, & flumina exſiccat: ſic quoquè humidum aeris, ſic quod minio in eſſet, expelleret; ſed idem pondus minij, quemadmodum poſitum fuit, ex furno, vel ſolis calore retrahitur: adeòque quod minio pondus dat, non eſt filius ſolis, neque aer, neque aqua; eſſe ergo præter decanorum, & approbatorum ſterilem & illepidam vociferationem aciditatem in flamma accenſa, neceſſe eſt, quæ ſicut falſus ſpiritus veneris tyrannidem exercens ſupra debile acidum in perlarum medulla, vel in coralijs, eiſdem pondus addit; ſic quoquè in flamma acidum accenſum, imperio ſuo, & tyrannico more, debile acidum in plumbo ſupprimit, fixatur in alcali, eique dominatur, atque pondus dat. Hip. Chim. cap. 26.

Vndè veritatis amans lector quiſquis es, animaduerte, ſi in dubijs infinitis, quæ in arte longa quotidiè occurrunt, confugeres ad hos decanos reliquoſque ſocios, quam vtilitatem haurires? Id ipſi ſimulata, flebilique ſua ſcientia toti mundo

mundo oſtendunt, cum aquam ſimplicem ſal tartari volatile, & cordiale incomparabile eſſe iudicant: & quibus inſuper pompoſis, ampulloſiſque verbis, hanc ſine erubeſcentia non exornant? Et languentibus, proximoque egeno commendant! vt ſupra capite de ſalium differentia proprijs ibidem citatis verbis oſtendi: acetum diſtillatum eſſe veneris filium: acidum non eſſe in granis Kermes: aurum non eſſe fixum, & conſtans in igne: mercurium aqua cauſtica eroſum fieri dulcem coctione cum viperina axungia; Minium acquiſiuiſſe pondus ab aere, & alia infinita abſurda, vt paulatim manifeſtum fiet. Vah his ineptijs, & falſitatibus iuuentutem inquinare? de lana caprina ſemper diſputare, finito certamine in nihilo contradicentem ſuperare, nec quicquam aliud, quàm inanem halitum lucrari? ſic veritas teſte philoſopho non quęſita quandoque in lucem venit ſilicet. Sed miſſos facio ieiunos hos medicinæ interpretes, qui tranſeunt ad practicam, ſicut aſinus ad fænum neſcient ad quid roſtrum porrigat. Quare acidum in igne probare pergam, non minus nobili, quam vtili, & iucundo exemplo.

Suprà oſtendi, quod vegetabilium ſalia ſeruent eorum formas illæſas ab igne communi, illiuſque violentiæ magis minuſque illudere. Et ſi in vegetabilibus huiuſmodi potentia viget; non ne mineralem

ralem familiam, magis, vel minns perfectiorem gratum attingere, necesse est? a Ad rem nostram, in exemplo sit siles, in igne constantissimus; & coralia (rubra eligenda semper) minus constantia.

Silex (candidus eligendus) nullo acido liquore, nec ab ipsa aqua forti corroditur, quià æquale suæ naturæ temperamentum acquisiuit; id est tantum acquisiuit acidi, quantum eius alcali ad iustam lancem saturari potuit, nàm si tantillum alcali superabundaret, externum acidum facilem ingressum haberet.

Silex itaque à nullo acido, nec à salso veneris filio dissolui potest, propter æqualem acidi, & alcali perfectam mitionem.

Coralia verò, cum à natura non ditata sint tanto acido ad proprij alcali saturationem, ob id minus sunt constantia, vndè, si acidum quodcunque manifestum affunderis, statim illa corrodit, abijsque combibitur tanta eiusdem acidi quantitas, donèc cum alcali in æquilibrio stet; & exinde coralijs solutis pondus accrescit, vt supra in magisterio communiter præparato ostendi.

Silex in igne coctus sicut acido humidosque liquores non recipit, sic ex acida ignis flamma neque augetur, nequè pondere diminuitur, quià in illis non superabundat acidum, quod euolare possit, neque

---

a *Silex quantũ à coralijs differt inquiritur.*

que alcali sitiens, quod ex carbonum, vel aquæ fortis sal acidum bibat: Sed moritur solùm gluten illud nutritiuum, quod in perlis, oculis cancrorum &c. pelliculis simile ostendi, quæ à falso veneris spiritu non soluuntur, quia pingues.

Coralia verò in flamma (vel carbonnum, vel lignorum) decenter cocta crescunt pondere, quià alcali sitiens in eis superest, quod à proprio acido exsaturari non potuit; vndè externum, vel accensum in flamma facilimè suscipiunt, huiusque acidi suscepti gratia pondere crescunt, vt in magisterio supra ostendi.

Silex in igne coctus, donec dehiscat, fit causticus, & carnem viuam, & mortuam in putrilaginem vertit.

Coralia verò similiter in igne cocta, vel calcinata, donec dehiscant, carnem, nequè viuam, nequè mortuam tangunt, quià fiunt puluis ferè insipidus,

a Silex coctus, donèc gluten idest alimentum moriatur, vocatur calx, quæ adhuc recens aqua aspersa efferuescit, agitque eius acidum in potens & proprium alcali, amboque vertuntur in indolem petream, quę, quicquid appręhenhedit, secum coagulat.

b Coralia aptè cocta per sex dies, & noctes, donec alimentum moriatur, in flamma

a *Silex coctus vocatur calx.* b *memento quod in fundo maris nata sint &c.*

flamma è lignis, vel carbonibus crescunt in pondere, aquâ aspersa non incalescunt, quià acidi non habent tantum, quantum pro mutua pugna, & actione satis sit, neque coagulantur in petram.

Calcinato silice cum alcali vegetabili extrahitur lixiuium, quod cum pinguedine coctum fit sapo.

Calcinatis coralijs si addatur alcali vegetabile, hoc ab eis elicit acidum ex flamma haustum, & coralia cadunt in puluerem album insipidum.

Calcinato silicis superfunde acetum distillatum, hoc soluit eius alcali cum bullis, strepituque.

Calcinatis his coralijs cum idem acidum affunderis, soluuntur ipsa totaliter absque bullis, & strepitu, eo quod per sex dies, & noctes ab acida flamma saturata non amplius sitiant: cui solutioni affunde spiritum vitrioli verum, qui (vt supra ostendi) deprimit debilius acidum aceti distillati, & sibi associat coraliorum alcali; ignis verò, vel vita coraliorum vnitur cum aceto, & sic tota compositio rubescit. Hæc rubedo est coraliorum vita Paracelso teste, quam separare disce obstetricia manu, & habebis cordiale non contemnendum, de quo plura hoc loco dicere vetat Plato. vid. Hip. Chim. cap. 27.

Quemadmodum silicum vita, vel acidum est candidum vel in viride tendes

iuxta

iuxta innatum humidum, vt docent vitrificatio: sic coraliorum rubrorum est rutilans: quæ colorum, & virtutum differentia prouenit ab eorum primo semine, quod ars facere non potest, & si quis glorietur, mendax est: Sed semina ad maturitatem perducere, vt eorum fructum ostendant, philosophis, non autem idiotis concessum est.

a Adeòque coralia nostra calcinata, nõ euadunt calx, quià proprietates calcis non habent, vt ridiculi, & putiduli agni chordiani innocenter balant: *nam quantò apud nos pretio sunt iudicæ margaritæ; tantò apud indos coralia*; sunt ergo coralia ipsorumque corpora, *b* sicut omnes cæteræ gemmæ, quæ formas suas à limpidissimis cæli & solis fontibus hauriunt ex purissimis guttulis cælestibus influentijs impraegnantis oriunda vndè plurimas sublimesque in se virtutes possident, quas eruere si propositum sit, propius accedere, ac clausas fores aliter aperire oportet, quam recepta hinc indè malè intellecta ostiatim emendicare, ægrotis quid pro quo porrigere, atque veritatem rabiosa, & inusitata maledicentia petulanter inuadere. Ignarum autem vulgus hoc habet idioticæ proprietatis, vt iners à prima lectura, quod non intellexerit, contemnat,

a *Coralia calcinata non sunt calx.*
b *Tintura coralormm vis.*

nat, & fętidis calumnijs aſpergat: neque tamen iudicat ſe ignarum iri uiſurum, imò plurimum ſapiens; verum hoc ipſo ſtultitiam ſuam verè ſapientibus palàm facit, quandò coram ſui ſimilibus ſapere videatur; miſerum enim eſt, quod vt ſibi nomen paret, omnium intelligentium ludibrio ſe exponit.

Martigeni ſcarabæi prouocant aquilam, aſpicite fratres luctuoſum certamen.

Cùm hactenus probauerimus acidum deſtruere, & perficere, hoc capitulo aptè quadrare videtur, vt agamus de deſtructione ferri. Ferrum igitur differre ab omnibus alijs metallis, conſtat ex terreis principijs, vndè acidum eius ſorore alcali carens habitat in terrea inconſtantiſſima materia, quapropter ſponte euaneſcit, vel externo acido adueniente facilimè innatum illud opprimitur, & exindè tota ferri ſubſtantia in rubiginem vertitur. Hoc volatile acidum ferri animaduertit Hippocrates: *a* vnde in aqua extinctum acquirere robur, docuit de diæta; eò quòd leuiſſimum alcali in aqua ſit verum confortans leuiſſimi acidi in ferro, & fabri cultrarij alcali animalium pariter volatili illud fortificant, vt oſtendit Hipp. Chim. cap. 19. Hanc ob cauſam non iniquè Ariſtoteles 4. Meteororum:

---

a *crocus martis. naturalis i.*

rorum: ferrum à cęteris omnibus metallis seiungere videtur. Aurum inquit: argentum, ęs, stannum, plumbum, argentum viuum, ad aquam pertinent; ferrum verò terreum est. Et Galenus in quarto de facultatibus simplicium medicamentorum dicit; Ferrum corpus esse terreum, & crassum &c.

a Degenerante itàque acido, vel sponte mortuo, vel à fortiori superato, restat terreum principium (sicut de alcali tartari docet Hip. Chim. Cap. 10.) quod rubigo à veteribus, & medicinę practicis teste Dioscoride appellatum est.

Arte quoque ex scobe, vel limatura martis pręparatur hęc rubigo, cum ei acetum acerrimum perfunditur, & in sole exsiccatur, quę rursus debet aceto immergi, & exsiccari: posteà aqua communi lauari, & exsiccari, quæ iterum puluerizata, & attenuata reseruatur.

b Et quemadmodum acetum, sic quoquè omnia acida quotquot sunt, ferrum in rubiginem vertunt; imò ipsum aurum occultè acidum illud confestim in rubiginem vertit, vt cap. 2. ostendi. Vndè patet causa, quarè aurum ferro conglutinari nequeat, priusquã cupream induat naturam, vt intrepide de clauo aureo osten-

---

a *Rubigo est crocus martis naturalis.*

b *aurum uertit ferrum in crocum vel rubiginem.*

ſtendit Hipp. Chim. cap. 28. *a* Veritas enim non offendit niſi eos, qui eam odio habent: Dominus A V B E R T Nobilis Gallus in Naturali, & morali Hiſtoria Inſul: Americanarum vnicornu *b* non animal quadrupes, ſed piſcem eſſe, cuius in fronte cornu naſcitur, oculari teſte demonſtrat: hic inquam non quidem veritatem amantes ſtudioſos, ſed eos ſolum, qui cornum illorum monopolium inſtituerint, grauiter offendit. Sic nunquam legere contingit, Eticos, & Politicos veritati inuidere, vt fritinnit rauca cicada, atque cuculi cuculando ſubſcribunt, & approbant. Omnis enim qui timuerit veritatem, perfectus nondum eſt, eò quòd ſapientem quicquam timere non decet; *c* Volui ergò, vt meus Hippoc. vbique veredicus ſit, neque veritatem taceat: & nihil timeat, neque ſperet vel amicitiam, vel odium, neque reſpectum habeat alicuius fecte; nominetque res per proprium nomen, ſine ſolicitudine offendendi, vel placendi, ad imitationem Tucididis, qui videns ſcripta Herodoti in æſtimatione magna: malo inquit, diſplicere veritatem dicturus, quam placere enarrando fabulas, quià diſplicendo lucrum facio, & noceo placendo. Sed redeo, vndè digreſſus ſum. Rubiginem itàque ferri an-

F tiquiſ-

a *clauus aureus.* b *Vni carnus.*
c *Hip. Chi. veridicus.*

tiquiſſimam, vt oculis magis arrideret, cęperunt curioſi acuta flamma in leuem puluiſculum exurere, & à pulcra rebedine crocum martis appellare.

a Cum autem vſus, ętas, & experientia quotidiè doceant, animaduerterunt eſſe admodum longum & tędioſum modum ferrum per aceti aſperſionem conuertendi in rubiginem, quapropter limaturam, vel ferri ſcobem in acuta flamma coxerunt, cuius acenſa acjditate vnico die plus leuiſſimi ac rariſſimi rubicundi pulueris factum fuiſſe deprehenderunt, quàm cum aceto in menſe integro; abiecerunt ideò tędioſam, & longam, & celeriorem operationem amplexi ſunt. Hunc puluerem à rubedine crocum martis appellare cęperunt.

b Ferri itàque limatura, vel ſcobs, vel rubigo naturalis, vel artificialis, vel cum aceto eroſo & poſt in flamma reuerberato, vel ſine aceto, ſed ſimplici flamma, vel cum aceto ex ęrugine falſo ſcil: ſpiritu veneris in puluerem rubrum, vel liquorem conuerſum (ad idem enim valet) habet per os aſſumpta facultatem roborandi, vndè conuenit ſtomacho, & hepati laxo, dyſentericis, lientericis, & omnibus pręhumidis malis, muliebriquè fluxui, gonorreę, vrinę incontinentię & omni

a *Croci martis inuentio.* b *Crocus martis vario modo paratus aperit & adſtringit.*

omni laxo morbo. Et idem ferrum etiam contrario modo se habet; lienes magnos prȩhumidos, & eorum obstructiones reserat, mulierum menses promouet, quarè & iuuenculas quasdam (non omnes) pallore squallidas, & decoloratas sanitati, & pulchritudini restituit. Adeòque ferrum per se aperire, & adstringere philosophos, & practicos vnanimi sententia docentes inuenio, idque etiam ab experientia didici, quȩ omnium magistra meritò celebratur, & haberi debet.

Itàque vel fraudis, vel ignorantiȩ suspicione non carent, qui ab eius prȩparatione singulari, ferrum vel adstringens, vel aperiens esse effȩminata voce contendunt: qua ignorantia, nisi in miserorum ȩgrotantium interitum resultaret, lubens immersos sinerem. Discite ergò non quidem à me, qui omnem alioquin gloriolam spreui semper, sed à Doctore omnis boni, quia plus credendum est experientiȩ frequentissimȩ, turbȩque dextrè philosophantium, & veraciter practicantium, quàm aut manipulo calumniantium, aut multitudini medicinȩ instrumenta ignorantium.

a Qui verò ferrum in omnibus morbis commendant, & in omni hydrope, Hepatis scirro laborantibus, in inueterato

 ictero,

a *Quibus morbis obest rubigo idest crocus martis.*

ictero, præsertim febre præsente, in melancolia hipochondriaca, aut stomachi vitio propinant: hi non sine ægrotum pernicie multum errant. Magnos quidem lienes humore laxatos, & tumidos ferrum egregiè emendat, sed in scirrum densatos, tantum abest, vt dissoluat, quin potius confirmet, & eius acidum fabrum absumendo in lapideam duritiem cogat. a Adeòque ferrum vel limatum, vel in rubiginem quocunque modo conuersum semper fuit ad lienes magnos certissimis experimentis nobilitatum, non autem ad scirros dissoluendos.

Sic ferreæ aquæ, & acidulæ splenem quoquè tenuare valent, & omnes obstructiones infimi ventris ab acido morboso adhuc fluido prodeuntes reserare, vt clarissimis experimentis docet Hip. Chim. cap. 16. Humorem acidum scilicet consumendo, fibras corroborando, laxasque contrahendo, vt hinc calor insitus in membro corroborato fortius assurgat, & quod reliquum est, digerat. Vndè qui in siccis, aridisque hæpatis, vel lienis malis ferrum commendant, atque aperiens inibi non sine vel fraude, vel ignorantia vocant, impostorum, vel ignorantum numerum non effugiunt.

Ferrum enim contra indicata, vt ostēdi exhibitum tunc reuera deleteria vi non

a *Quibus prodest.*

non caret, vt rectè Auicenna docuit: excitat enim intestinorum cruciatus, ariditatem, scabriciemque linguæ, siccitatem corporis, alui stipticitates, & capitis dolores, eò quod non solùm manifestum istud fermentum stomachi, sed & reliquorum viscerum occultum acidum absumat, & vitale semen absorbeat; illius autem cùm sit parua quàntitas, nimirum 8200. pars sui corporis, mirum non est; si ab assumpto croco martis (etiamsi aperitiuus sit, vt ignoranter blaterant) malum vehementiùs in ægri pernitiem augeatur: tunc à tergo derogant pharmacopolæ, quod pixidem errauerit, illiusque bonis moribus detrahunt.

Quod si veterum fidelem admonitionem, nostramque experientiam non intelligunt; sed pertinaciter consilio repugnant fieri poterit, vt tandem quotidiana experientia, & ægrorum interitus huiusmodi hominibus discere recusantibus veritatem persuadeant.

Sic repletur mundus hinc indè collectis, male intellectis, falsis, & ambiguis receptis, & veterum diligentes obseruationes floccipenduntur, fitque noua, iners, ambigua, anceps, sumptuosa, atque speculatiua, infinita, & sine fundamento medicina, quæ ab idiotis magniloquis verbis sub altæ doctrinæ fuco fouetur, qui cum rerum vires ignorent, multis interse ictibus digladiantur, acriterque debachan-

bachantur non solum de aperienti, vel constringenti ferro, sed de infinitis alijs, quorum quædam, quantum argumenti ratio permittit, in proximi necessitatem elucidaui; sic incertis conclusionibus, atque vanis opinionibus perstringunt studiosorum ingenia, & in detrimentum proximi, atque artis infamiam, fabulis mendacibus subscribunt, & approbant, veritati è contra minime studentes magnos se iactitant doctores, qui tamen ad scientiam nunquam peruenient, quià putant iam se peruenisse, & antecedentem gregem sequuntur, vt Seneca rectè dixit. Sed ad rem tedeo.

Dioscorides ferrum duplici modo tractat, vel ex eo ferruginem parat, vel id extinguit in aqua vel vino, ambabus tamen præparationibus adstringentem vim adscribit, non autem vnam adstringentem alteram aperientem vocat: nam quicquid ferrum aperit, id contingit ab acido specifico in corpore degenerante, quod natura in alimentum recipere non potuit, ideòque ratione acidi saporis in ferrum ruit, sic visceribus paulatim roboratis, natura illud vnà cum detento excremento per aluum deturbat. Hinc Helmont ferrum aperire *inquit* potestate specifica, & appropriata, *a* constringere vero

a *Mercurius ferri non reperitur nisi in cerebro trasonum.*

vero qualitate secunda, vndè non prouenit vtraque virtus ferri ab eius mercurij absentia vel præsentia, quem ab eo extrahere sine vlla veritate iactitant; sed prouenit ab attractione specifici acidi in corporibus morbidis, vt ostendit Hip. Chim. cap. 16. & 28. quò lectorem remitto, nè fastidiosa repetitione ibidem dicta hic repetere, necessum habeam.

Quemadmodum autem ex cupro eximias virtutes; sic ex ferro mercurium extrahere illis concedimus: & sicut mundo, & ægrotis, sic & nobis hæ vanitates nauseæ sunt, & semper fuerunt: fundamentum enim in natura non habent, vndè ea cum suis magistris ex foro bonorum explodimus, atque eijcimus: dum è contra cum veritatis doctrina, & scientia, vetustissima nobis res est, quam antiqui iuxta hominis naturam inuenerunt, atque iudicarunt dignam quæ Deo adscriberetur, sicut etiam in veritatis schola receptum est, vt habet Hippoc. de veterum medicina. Docet enim ibidem: quemadmodum multiplex acidum in macrocosmo: sic etiam in corpore humano. Et libro de arte: quodlibet acidum suum quoque habere ventriculum, qui tamen vocali colleggio noti non sunt; ea propter addit; quos norunt illi, quibus hæc res curæ erit. Cum autem sit faciliùs non intellecta receptula hinc indè surripere, & approbare, sinceritatem, & vir-

& virtutem supprimere, atque calumni
attendere, quàm notitiam ventriculorum
corporis, humani ediscere: mirum ideo
non est, medicinæ instrumenta ignorare
eos, qui ventriculorum curam non ha
bent: si enim inquit senex constitutionem
ab initio non cognoscunt, & quod in cor-
pore dominatur, non poterunt ea, qua
homini conducunt, offerre. Ecce causa
quare crocus martis aperitiuus in mani
bus superficialium & ignorantum fia
constrictiuus; & vice versa, quià propria
instrumenta non cognoscunt, & *activ*
passiuis in medendi methodo applicare i
gnorant; quià ventriculorum, & sapo
rum notitiam non habent, neque ex Hip
pocrate didicerunt, quorum detexit quam
plurima Hippoc. Chim: Hæc est causa
quià, sicut supra dixi, accedunt ad pra
cticam, sicut asinus ad fænum nescien
ad quid natura porrigat, nisi quantum
sensus exteriores, sine intellectu. *per vi-*
sum, & gustum ad pabula deducunt:
Sed quid philosophorum decretis, al
ijsque naturæ arcanis securi insistimus? cum
id nobis negotium est, qui de veritate, &
artis medicæ præcellentia, ne per som
nium quidem hactenus cogitarunt, c
sapientis igitur ex sapientissimæ natura
officinis esse mpeis docendi sunt:
In lienis itaque ventriculo sano habi
tat acidum vitale & proprium ipsi lieni
cum verò illud acidum degenerat in sa
porem

porem vltra consuetum, contaminantur etiam vicinæ partes, & illicò pori contrahuntur, corpusque in sanitate perspirabile cessat ab actione; hinc lien intumescit à fermenti motu; istud autem non auscultat purgantibus medicamentis, vt probat experientia: dicto itàque fermento, & sapori præ acido conuenit ferrum per os assumptum, vndè lien paulatim tenuabitur, vel exsiccabitur (dic vt lubet) non autem per vim aperitiuam ferri, sed illa aciditas ibidem detenta amat specialiter ferrum, non secus quàm sitiens potum, cuius exemplum sit argentum in aquà forti solutum.

Aqua fortis habet odorem, & proprietatem sulphuris ferri, quià ex nitro sulphureo, & vitriolo, vel alumine facta fuit, vndè ratione symboli amat cuprum, & ferrum, vt supra mechanicè ostendi. Sicut autem in animalium stomacho esuriens acidum exsatiari suo simili appetit; illudque simile (cibum nimirum) dissoluit, ac illo delectatur: eodem modo se res habet in macrocosmo, aciditas aquę fortis sit per exemplum stomachus esuriens, qui appetit exsatiari, cui datur pro cibo argentum, illud dissoluit, illoque delectatur: cum verò medicinam (vt ita dicam) in hanc solutionem inieceris, cuprum nimirum, quo ratione symboli plus delectatur, quàm argento, statim deserit argentum, & rursùs dissoluit cu-

prum, totaque viridescit.

Sic etiam in corpore humano contingere necesse est; cum natura sit in omni re similis, vt docuit Pytagoras, & post eum Hippocrates.

Et rursus aquæ forti, quæ hic ventriculi vicem gerit, grauatæ à cupro si inieceris ferrum, quod est facilioris solutionis vel concoctionis cupro, aqua statim negligit cuprum, ferrumque soluit.

Et licet aqua fortis argentum, & cuprum iam deposuerit: nihilominus aquæ fortis aciditas, atque proprietas illis dominatur, donec per fusionis ignem liberentur, quod notandum à nostris; alibi enim maximi argumenti erit.

Hunc naturę communem, & antiquissimum ordinem, & consensum scioli, & Hippocraticę veritatis destructores cum ignorent, obijciunt, *me falcem in messem alienam mittere*, quasi sit turpe me scire, quod omnibus in arte scire conuenit, vel ipsi clari nominis philosophi essent, qui recepta malè intellecta hinc indè surripiunt sine causarum cognitione.

Et quemadmodum argentum, & cuprum molesta erant aquæ fortis stomacho, qui ferro sanatus meliùs se habet; sic quoque morboso hoc peregrino fermento, vel humorem (voca vt lubet) per ferrum absumpto, *a* lienis ventriculus, & vicinę par-

a *Horatio sterilis rubigo.*

partes meliùs se habent. Sume ergò per os stomoma, vel crocũ eius, vel astringerem, vel aperientem, quo cum acidũ istud fermentum maiorem habet conuenientiam, quàm cum liene; pręcipitanter ideò ruit peruadendo poros, ex lienis ventriculo ad stomachum vniuersalem, vt se cum ferro assumpto associet, quod ab acido illo fermento peregrino soluitur in nigram, vel viridem fęcem iuxta acidi proprietatem, quod alui excrementa testantur: & si vnica vice acidum hoc totaliter à ferro non absumitur, reperitur toties, donèc lien exsiccationis suę signa ostendat. Sic anima vnius entis intrat: id est fermentum morbis intrat in ferrum, & anima alterius exit, quia acidum ferri, vel anima ferri, quę ferrum constituerat, exiuit (hinc crocus martis ab Horatio sterilis rubigo vocatur) vt morbi aciditas rursus intrare posset: Pytagoricorum decreto. Natura enim in microcosmo agit per eadem instrumenta, sicut in macrocoscomo, vbique enim similem esse docuerunt antiqui.

Obgannient hic Hippocraticę medicinę destructores, & idiotę, quod in lienis vetriculo morbum constituam, & per os ferrum exhibeam, & quomodò morbidum acidum ex liene ad ferrum pertingere possit? sicut de cornu cerui vsto scripsere. Quę quidem obiectio responsione digna non est, eò quò vnus stultus plures

valet quæstiones mouere, quàm quibus centum sapientes respondere possint: attamen cum ignaui Doctores ex Hippocratis libro sexto de popularibus morbis hoc nunquam intellexerint, lubens ex commiseratione locum ostendam, inquit enim ibidem: corpus totum, quàmdiù viuitur, perspirabile, & permeabile est. Vid: Hip: Chim: cap. 16.

Cum verò lien, vel hepar in scirrum abierint, tunc sanè stomoma, fabrum absumendo, viscera plus induraret: licet omnium subscribentium, atque vociferantium crocus martis apertius per os assumeretur. Plura desiderans de ferro legat Hippoc. Chim. citato cap.

Adeòque plurimum differt acidum *illud*, quod ferrum in corpore humano absumit à falsissimo spiritu veneris, atque ab alijs omnibus acidis in vniuerso, quià specificum est, & nullo alio loco reperibile; si enim ferrum ab illo in corpore planè non disoluitur, excrementa alui in nigrum, vel viridem colorem non tinguntur, tunc reuera astringit ferrum, vtcumque nouatorum aperiens crocus propinaretur, vt ostendit Hip. Chim. mechanicè cit. cap. sicut & illud acidum specificum est, quod cornu cerui vstum in nonnullis febribus cõbibit, quod sc: ignaui subscriptores iudicant debere *intestina ad locum affectum, & febris sedem* pertransire; si alias acidum inibi generatum, at-

que detentum absumere deberet: non intelligentes Hippocratem suprà citato loco docentem, totum corpus esse permeabile in viuis, morbique causam esse spiritum acidum, vel accidiorem, vel accidissimum &c. atque fermentabilem, & ideò tam per poros fluere ad extra per diapheresin, vt in crisi patet, quàm ad intestina in cornu cerui ruere, vt de stomoma ostendi, dummodò acidum conueniens, & specificum in corpore reperiat. Agrestis sanè est, & digna approbatoribus doctrina: si enim medicamenta ex stomacho ad sedem morbi per poros deberent transire, sudor & vrina à croco martis (presertim eorum aperitiuo scilicet) rubescerent. Bezaar in animi deliquio per membranas stomachi ad cor non transit, neque indè redit (vt in comedia.) acidum lypothimicum absumendo. Neque ostiocolla ad os fractum ambulat, vt acidum inibi specificum vel prohibeat, vel absorbeat. Nec lapillus cancri ad vulnus. Sic nec opij granum in capitis dolores per os assumptum ad caput ascendit. Ignorant, quod iudex rerum argutus, & equus estimator, qui non solum medicamentorum; sed & omnium rerum seminalem virtutem distinctè cognoscat, discernat, vel amplectatur, aut segreget, aut negligat, in stomacho habitet, vt sequenti capitulo experientia Auctoritate, & ratione ostendam. Quarè inde-

indecens illud inſcitię genus ab Hippocratica ſcola , & vita communi explodimus : nam bardos erudire vt inquit Lucianus , ſecretum eſſet grandius & nobilius ipſa philoſophorum petra : eſſet enim transformare intellectum , & ſtupidos reddere habiles .

Quod Acidum & Alcali in animalibus ſit calidum innatum , & humidum radicale .

CAP. IX.

POſtquam proprietates, rerum eſſentias , ſeminum ortum , progreſſum , & interitum per duo naturę , inſtrumenta per acidum nimirum , & alcali Theorice & pratice oſtendi , argumenti ratio poſtulat, vt quędam de animalium natura huic operi neceſſaria illuſtribus exemplis in lucem producam : & ſicut ab *initio* veteres pro magiſtris elegi ſic quoquè, & in poſterum Numinum inſtar erunt mihi ſemper colendi , & neque vi , neque metu latum vnguem à veritate cedere , intendo , ſed inter eos pręſertim Hippocratem in omnibus imitari . Qui de animalibus diſſerturus Hominem elegit , tãquam omnium nobiliſſimum inquiens de diæta *anima hominis , in homine augetur; in alio verò nullo , & aliorum magnorum animalium ſimiliter &c.* Cuius diuinam con-

ſtructio-

ſtructionem docta pro fundaque interpretatione perſecutus eſt in citato libello de diæta, vbi quoque propoſuit generalem generationem omnium & ſeminum naturam, quam Hip. Chi. ad mentem eius expoſuit: omnia inquit ibidem *: tum animantia, tum homo ipſe ex duobus facultate quidem diuerſis, vſu verò conſentientibus conſtant igne inquam & aqua. Hæc ambo ſimul ſufficiant ſunt, tum alijs omnibus, tum mutuò ſibi ipſis, vtrum vis verò ſeorſim nequè ſibi, nequè vlli alteri ſufficiens eſt.* Et paulò poſt eodem libro. *De aliis animalibus prętermittam, de homine verò declarabo. Irrepit itàque in hominem anima, a IGNIS & AQVÆ temperamentum habens, & IGNIS omnia, quæ in corpore ſunt, exornat, & omnia mouere poteſt: b AQVA verò omnia, & per omnia nutrit;* quia alcali pro indigentia ſcatet, vt ſupra viuis exemplis demonſtrauimus, ex qua contra vociferantium opinionem ſolida ſubſtantia inſpiſſando concoquitur. Eſt autem IGNIS, de quo Senex hoc loco agit, non culinarius, vt eodem libello inquit: *Homo frumentum tundit, lauat, molit, & vbi igne coxit, vtitur, & forti quidem igne in corpore non conflatur, verum molli ac lento.* Mollis itàque ignis eſt, qui omnia exornat, & mouet, quem acidum eſſe pluribus exemplis capite ſecundo, & ſparſim per

a *Ignis ornat.* b *Aqua nutrit.*

bachantur non solum de aperienti, vel constringenti ferro, sed de infinitis alijs, quorum quædam, quantum argumenti ratio permittit, in proximi necessitatem elucidaui; sic incertis conclusionibus, atque vanis opinionibus perstringunt studiosorum ingenia, & in detrimentum proximi, atque artis infamiam, fabulis mendacibus subscribunt, & approbant, veritati è contra minime studentes magnos se iactitant doctores, qui tamen ad scientiam nunquam peruenient, quià putant iam se peruenisse, & antecedentem gregem sequuntur, vt Seneca rectè dixit. Sed ad rem redeo.

Dioscorides ferrum duplici modo tractat, vel ex eo ferruginem parat, vel id extinguit in aqua vel vino, ambabus tamen præparationibus adstringentem vim adscribit, non autem vnam adstringentem alteram aperientem vocat: nam quicquid ferrum aperit, id contingit ab acido specifico in corpore degenerante, quod natura in alimentum recipere non potuit, ideòque ratione acidi saporis in ferrum ruit, sic visceribus paulatim roboratis, natura illud vnà cum detento excremento per aluum deturbat. Hinc Helmont ferrum aperire *inquit* potestate specifica, & appropriata, a constringere vero

a *Mercurius ferri non reperitur nisi in cerebro trasonum.*

vero qualitate secunda, vndè non prouenit vtraque virtus ferri ab eius mercurij absentia vel præsentia, quem ab eo extrahere sine vlla veritate iactitant; sed prouenit ab attractione specifici acidi in corporibus morbidis, vt ostendit Hip. Chim cap. 16. & 28. quò lectorem remitto, nè fastidiosa repetitione ibidem dicta hic repetere necessum habeam.

Quemadmodum autem ex cupro eximias virtutes; sic ex ferro mercurium extrahere illis concedimus: & sicut mundo, & ægrotis, sic & nobis hæ vanitates nauseæ sunt, & semper fuerunt: fundamentum enim in natura non habent, vndè ea cum suis magistris ex foro bonorum explodimus, atque eijcimus: dum è contra cum veritatis doctrina, & scientia, vetustissima nobis res est, quam antiqui juxta hominis naturam inuenerunt, atque iudicarunt dignam quæ Deo adscriberetur, sicut etiam in veritatis schola receptum est, vt habet Hippoc. de veterum medicina. Docet enim ibidem; quemadmodum multiplex acidum in macrocosmo: sic etiam in corpore humano. Et libro de arte; quodlibet acidum suum quoque habere ventriculum, qui tamen vocali colleggio noti non sunt; ea propter addit; quos norunt illi, quibus hæc res curæ erit. Cum autem sit faciliùs non intellecta receptula hinc indè surripere, & approbare, sinceritatem, & vir-

& virtutem ſupprimere, atque calumnijs arrodere, quàm notitiam ventriculorum corporis; humani ediſcere: mirum ideò non eſt, medicinæ inſtrumenta ignorare eos, qui ventriculorum curam non habent: ſi enim *inquit* ſenex conſtitutionem ab initio non cognoſcunt, & quod in corpore dominatur, non poterunt ea, quæ homini conducunt, offerre. Ecce cauſa, quarè crocus martis aperitiuus in manibus ſuperficialium & ignorantum fiat conſtrictiuus: & vice verſa, quià propria inſtrumenta non cognoſcunt, & actiua paſſiuis in medendi methodo applicare ignorant; quià ventriculorum, & ſaporum notitiam non habent, neque ex Hippocrate didicerunt, quorum detexit quàm plurima Hippoc: Chim: Hæc eſt cauſa; quà, ſicut ſupra dixi, accedunt ad practicam, ſicut aſinus ad fænum neſciens ad quid roſtrum porrigat, niſi quantum ſenſus exteriores, ſine intellectu per viſum, & guſtum ad pabula deducunt.

Sed quid philoſophorum decretis, ab ipſa natura hauſtis ſecuri inſiſtimus? cum ijs nobis negotium eſt, qui de veritate, & artis medicæ præcellentia, ne per ſomnium quidem hactenus cogitarunt, exemplis igitur ex ſapientiſſimæ naturæ officina deſumptis docendi ſunt.

In lienis itàque ventriculo ſano habitat acidum vitale & proprium ipſi lieni; cum verò iſtud acidum degenerat in ſa-

porem

porem vltra consuetum, contaminantur etiam vicinæ partes, & illicò pori contrahuntur, corpusque in sanitate perspirabile cessat ab actione; hinc lien intumescit à fermenti motu; istud autem non auscultat purgantibus medicamentis, vt probat experientia: dicto itàque fermento, & sapori præ acido conuenit ferrum per os assumptum, vndè lien paulatim tenuabitur, vel exsiccabitur (dic vt lubet) non autem per vim aperitiuam ferri, sed illa aciditas ibidem detenta amat specialiter ferrum, non secus quàm sitiens potum, cuius exemplum sit argentum in aquà forti solutum.

Aqua fortis habet odorem, & proprietatem sulphuris ferri, quià ex nitro sulphureo, & vitriolo, vel alumine facta fuit, vndè ratione symboli amat cuprum, & ferrum, vt supra mechanicè ostendi. Sicut autem in animalium stomacho esuriens acidum exsatiari suo simili appetit; illudque simile (cibum nimirum) dissoluit, ac illo delectatur: eodem modo se res habet in macrocosmo, aciditas aquę fortis sit per exemplum stomachus esuriens, qui appetit ex atiari, cui datur pro cibo argentum, illud dissoluit, illoque delectatur: cum verò medicinam (vt ita dicam) in hanc solutionem inieceris, cuprum nimirum, quo ratione symboli plus delectatur, quàm argento, statim deserit argentum, & rursùs dissoluit cu-

prum, totaque viridescit.

Sic etiam in corpore humano contingere necesse est; cum natura sit in omni re similis, vt docuit Pytagoras, & post eum Hippocrates.

Et rursus aquæ forti, quæ hic ventriculi vicem gerit, grauatæ à cupro si inieceris ferrum, quod est facilioris solutionis vel concoctionis cupro, aqua statim negligit cuprum, ferrumque soluit.

Et licet aqua fortis argentum, & cuprum iam deposuerit: nihilominus aquæ fortis aciditas, atque proprietas illis dominatur, donec per fusionis ignem liberentur, quod notandum à nostris; alibi enim maximi argumenti erit.

Hunc naturę communem, & antiquissimum ordinem, & consensum scioli, & Hippocraticę veritatis destructores cum ignorent, obijciunt, *me falcem in messem alienam mittere*, quasi sit turpe me scire, quod omnibus in arte scire conuenit, vel ipsi clari nominis philosophi essent, qui recepta malè intellecta hinc indè surripiunt sine causarum cognitione.

Et quemadmodum argentum, & cuprum molesta erant aquæ fortis stomacho, qui ferro sanatus meliùs se habet; sic quoque morboso hoc peregrino fermento, vel humorem (voca vt lubet) per ferrum absumpto, a lienis ventriculus, & vicinę par-

a *Horatio sterilis rubigo.*

partes meliùs ſe habent. Sume ergò per os ſtomoma, vel crocũ eius, vel áſtringerem, vel aperientem, quo cum acidũ iſtud fermentum maiorem habet conuenientiam, quàm cum liene; pręcipitanter ideò ruit peruadendo poros, ex lienis ventriculo ad ſtomachum vniuerſalem, vt ſe cum ferro aſſumpto aſſociet, quod ab acido illo fermento peregrino ſoluitur in nigram, vel viridem fęcem iuxta acidi proprietatem, quod alui excrementa teſtantur: & ſi vnica vice acidum hoc totaliter à ferro non abſumitur, reperitur toties, donèc lien exſiccationis ſuę ſigna oſtendat. Sic anima vnius entis intrat: id eſt fermentum morbis intrat in ferrum, & anima alterius exit, quia acidum ferri, vel anima ferri, quę ferrum conſtituerat, exiuit (hinc crocus martis ab Horatio ſterilis rubigo vocatur) vt morbi aciditas rurſus intrare poſſet: Pytagoricorum decreto. Natura enim in microcoſmo agit per eadem inſtrumenta, ſicut in macrocoſcomo, vbique enim ſimilem eſſe docuerunt antiqui.

Obgannient hic Hippocraticę medicinę deſtructores, & idiotę, quod in lienis vetriculo morbum conſtituam, & per os ferrum exhibeam, & quomodò morbidum acidum ex liene ad ferrum pertingere poſſit? ſicut de cornu cerui vſto ſcripſere. Quę quidem obiectio reſponſione digna non eſt, eò quò vnus ſtultus plures

valet quęstiones mouere, quàm quibus centum sapientes respondere possint: at tamen cum ignaui Doctores ex Hippocratis libro sexto de popularibus morbis hoc nunquam intellexerint, lubens ex commiseratione locum ostendam, inquit enim ibidem: corpus totum, quàmdiù viuitur, perspirabile, & permeabile est. Vid. Hip: Chim: cap. 16.

Cum verò lien, vel hepar in scirrum abierint, tunc sanè stomoma, fabrum absumendo, viscera plus induraret: licet omnium subscribentium, atque vociferantium crocus martis apertius per os assumeretur. Plura desiderans de ferro legat Hippoc. Chim. citato cap.

Adeòque plurimum differt acidum illud, quod ferrum in corpore humano absumit à falsissimo spiritu veneris, atque ab alijs omnibus acidis in vniuerso, quià specificum est, & nullo alio loco reperibile; si enim ferrum ab illo in corpore planè non disoluitur, excrementa alui in nigrum, vel viridem colorem non tinguntur, tunc reuera astringit ferrum, vtcumque nouatorum aperiens crocus propinaretur, vt ostendit Hip. Chim. mechanicè cit. cap. sicut & illud acidum specificum est, quod cornu cerui vstum in nonnullis febribus cõbibit, quod sc: ignaui subscriptores iudicant debere *intestina ad locum affectum, & febris sedem* pertransire; si alias acidum inibi generatum, at-

que

que detentum absumere deberet: non intelligentes Hippocratem suprà citato loco docentem, totum corpus esse permeabile in viuis, morbique causam esse spiritum acidum, vel accidiorem, vel accidissimum &c. atque fermentabilem, & ideò tam per poros fluere ad extra per diaphęresin, vt in crisi patet, quàm ad intestina in cornu cerui ruere, vt de stomomoma ostendi, dummodò acidum conueniens, & specificum in corpore reperiat. Agrestis sanè est, & digna approbatoribus doctrina: si enim medicamenta ex stomacho ad sedem morbi per poros deberent transire, sudor & vrina à croco martis (presertim eorum aperitiuo scilicet) rubescerent. Bezaar in animi deliquio per membranas stomachi ad cor non transit, neque indè redit (vt in comedia) acidum lypothimicum absumendo. Neque ostiocolla ad os fractum ambulat, vt acidum inibi specificum vel prohibeat, vel absorbeat. Nec lapillus cancri ad vulnus. Sic nec opij granum in capitis dolores per os assumptum ad caput ascendit. Ignorant, quod iudex rerum argutus, & ęquus ęstimator, qui non solum medicamentorum; sed & omnium rerum seminalem virtutem distinctè cognoscat, discernat, vel amplectatur, aut segreget, aut negligat, in stomacho habitet, vt sequenti capitulo experientia Auctoritate, & ratione ostendam. Quarè inde-

indecens illud inſcitię genus ab Hippocratica ſcola, & vita communi explodimus: nam bardos erudire vt inquit Lucianus, ſecretum eſſet grandius & nobilius ipſa philoſophorum petra: eſſet enim transformare intellectum, & ſtupidos reddere habiles.

Quod Acidum & Alcali in animalibus ſit calidum innatum, & humidum radicale.

CAP. IX.

POſtquam proprietates, rerum eſſentias, ſeminum ortum, progreſſum, & interitum per duo naturę, inſtrumenta per acidum nimirum, & alcali Theorice & pratice oſtendi, argumenti ratio poſtulat, vt quędam de animalium natura huic operi neceſſaria illuſtribus exemplis in lucem producam: & ſicut ab *initio* veteres pro magiſtris elegi ſic quoquè, & in poſterum Numinum inſtar erunt mihi ſemper colendi, & neque vi, neque metu latum vnguem à veritate cedere intendo, ſed inter eos pręſertim Hippocratem in omnibus imitari. Qui de animalibus diſſerturus Hominem elegit, tãquam omnium nobiliſſimum inquiens de diæta *anima hominis, in homine augetur; in alio verò nullo, & aliorum magnorum animalium ſimiliter &c.* Cuius diuinam conſtructio-

ſtructionem docta profundaque interpretatione perſecutus eſt in citato libello de diæta, vbi quoque propoſuit generalem generationem omnium & ſeminum naturam, quam Hip. Chi. ad mentem eius expoſuit: omnia inquit ibidem: *tum animantia, tum homo ipſe ex duobus facultate quidem diuerſis, vſu verò conſentientibus conſtant igne inquam & aqua. Hæc ambo ſimul ſufficiant ſunt, tum alijs omnibus, tum mutuò ſibi ipſis, vtrum vis verò ſeorſim nequè ſibi, neque vlli alteri ſufficiens eſt.* Et paulò poſt eodem libro. *De aliis animalibus prætermittam, de homine verò declarabo. Irrepit itàque in hominem anima, a IGNIS & AQVÆ temperamentum habens, & IGNIS omnia, quæ in corpore ſunt, exornat, & omnia mouere poteſt: b AQVA verò omnia, & per omnia nutrit;* quia alcali pro indigentia ſcatet, vt ſupra viuis exemplis demonſtrauimus, ex qua contra vociferantium opinionem ſolida ſubſtantia inſpiſſando concoquitur. Eſt autem IGNIS, de quo Senex hoc loco agit, non culinarius, vt eodem libello inquit: *Homo frumentum tundit, lauat, molit, & vbi igne coxit, vtitur, & forti quidem igne in corpore non conflatur, verum molli ac lento.* Mollis itàque ignis eſt, qui omnia exornat, & mouet, quem acidum eſſe pluribus exemplis capite ſecundo, & ſparſim per

a *Ignis ornat.* b *Aqua nutrit.*

per totum hunc librum ostendi, & in posterum ostendam.

Ignis itaque, & aqua, vel acidum & alcali, (voca vt lubet) est balsamum illud, quod pro sale corpori datum est, nè putrescat, & in rei veritate sal est, vt ostendit Hippoc. Chim. à 12. vsque ad 16. cap. & in progressu huius clariùs patebit. Hoc est illud innatum calidum, quod in crescentibus plurimum esse pronunciauit Senex Aphor. 14. sect. 1. quia fermentabile, & expirabile, & ab assumpto suo simili alimento indesinenter regerminat; igitur alimento plurimum indigere ratio suadet, quo Aphorismo indicare voluit, nisi calidum innatum, id est ignis & aqua in animalibus & maximè in crescentibus valdè volatile suo simili restitueretur, corporis robur confestim deficeret: hinc illud; vbi fames, laborandum non est: Simile autem sui non est istud externum corpus carnis vel panis, quod tangimus, quandòquidem non ex solo visibili pane viuit homo; sed ex alimentorum calido innato, quod quam primùm à stomacho amplectitur, priusquam incalescat, illicò vires corporis reficiuntur. Hoc calidum innatum, ipsi etiam lactucæ inest. Acidum itàque stomachi, postquam ab alimento absumptum est, & in humidum radicale transiuit, stomacus ipse statim se contrahit, & totum corpus languescit propter eius defectum, hinc oritur

fames,

ſames, atque cibi appetitus. Eſuriens itàque, licet debilis exiſtat, aut à longa inedia aut labore, cibum & potum aſſumens confeſtim ab vnico etiam vini ſcipho ſe viribus refectum eſſe fatebitur, & id, priuſquam cibus chilificari incipiat; eò quòd acidum deficiens reſtituatur ab illo, quod cibo, & potui, vel pani, ac vino ſenſibus externis; imperceptibiliter ineſt: Vndè Hippoc: ait: *Alimentum eſt, quod in ſpirituales vapores conuerſum eſt, à talibus nutriuntur ſpiritus vitales actiuorum autores.* Nàm ſicut oſtendi ſupra, quòd acidus ſpiritus quilibet animam inſeparabiliter in ventre ſuo portet; atque in illud corpus, cui infunditur, dominium ſuſcipiat; illudque confeſtim iuxtà ſui naturam formet, vt exempla dedi capit. 6. de ſpiritu ſalis, qui in alcali tartari fuſus ſtatim ſibi format corpus ſalinum propriæ naturæ conſentaneum, & fit ſal: & aceti ſpiritus, vel acetum diſtillatum in eodem alcali tartari ſibi format corpus adæquatum ſuæ propriæ naturæ, & fit tartarus vini; & ſic de vitriolo; & reliquis acidis; ita quoque acidum ſtomachi humani; cum apprehendit panem, vel quicquam alibile, in quod dominari poſſit, illud conuertit & transmutat in chilum, & exindè in carnem humanam: & eundem panem acidum ſtomachi canini conuertit, & tranſmutat in carnem canicam, vt de reliquis viuentibus quotidiè

doce-

docemur, eò quòd natura in omnibus iisdem instrumentis operatur, vt in principio huius *capitis* ex Hippocrate his sequentibus verbis ostendi: *anima hominis in nullo alio, quam in homine augetur &c.* & ex ijsdem, ex quibus constat: & quamuis panis sit fermentatus & acidus, sicut & plura alimenta, magis & minus; nihilominus acidum in humano stomacho, licet de se ipso fragile, iunctam tamen habet vitalitatem, vndè potest ijsdem dominari: quemadmodum acetum dominatur, ac supprimit acidum perlæ innatum, & aqua fortis acidum supprimit illud in argento: sic quoquè acidum vitale stomachi supprimit acidum fermentum panis, & reliquorum alimentorum, atque dominium ità suscipit super illa, vt ea in sui naturam conuertat, & transmutet: verbi gratia: cum homo caponem comedit, eius acidum stomachi supprimit humidum radicale caponis, illique prædominantur, inque sui naturam transmutat: è contra cum capo, (vel etiam piscis) manducat hominem, eius vitale acidum in stomacho supprimit, & iugulat humidum radicale post mortem in carne humana relictum, quod fit caro caponis.

Quod autem in cadauere supersit humidum radicale, & vitale, ostendunt vermes, qui infallibiliter exindè nascuntur, & pariter vngues, & capilli cre-

scentes;

ſcentes; & id non ſolum Paracelſus, ſed naturalium rerum curioſi quam plurimi notarunt: & niſi humidum radicale in carnibus, & alimentis omnibus ſupereſſet, vtile, & ſufficiens nutrimentum viuentibus non ſuppeditaretur, & præſertim ijs, qui creſcunt; teſtimonium ſunt carnes, & piſces ſalita, atque fumo exſiccata, quibus minor ineſt humidi radicalis copia, quàm recentibus: per ſal enim plurimum abſumptum eſt (vt docet Hippocrat. Chimic. Cap. 14.) ob id minus nutriunt, quam recentia. *Acidum itàque vel ignis* mollis eſt tàm in vegetabilli, & minerali, quam in animali familia, eſtque illud, quod omnia, quæ in mundo ſunt, exornat: ſic vt & aqua, quæ omnia nutrit, vt rectè Hip. ſentit. Huius inquam ignis & aquæ præſentia, quæ ambo humidum radicale conſtituunt (vt oſtendam) illicò ante chilificationem acidum ſtomachi illuminatur, atque reficitur: quippè quod omnibus alimentis (vt & alijs rebus) plus vel minus ineſt, vt experientia docet, plus enim ineſt vnico ouo recenti, quàm ollæ refertæ braſſica; plus vnico vini ſcypho, quàm aquę ſitulę. Acidum itàque in ſtomacho deficiens, quod ad oculum oſtendit Hip. Chim. paulò antè citatis locis, reſtituitur, humido radicali alimentorum; ſed maximè cibo illo cęleſti in aere habitante: eſt enim id vitę ſemen, ſine quo neque ho-

mo,

mo, neque vllum animal, neque vegetabile aliquod generatione, aut vita potitur; tantum enim conducit ad animalium vitam illud ſpirituale pabulum, ſiue aeris externi attractio, qui frequenti inſpiratione hauritur, vt non ſolum philoſophos, ſed & ipſos plebeos in admirationem compulerit. Neque ſolles ſuos in cordis vicinia ad eius refrigerium tantum affabrè natura conſtruxit, vt vulgo placet, verum etiam vt frequenti ſua ventilatione auram æthercam inſpirent, cuius afflatu acidum dictum reparatur, atque indeſinenter regerminat. Nàm quemadmodum ſuprà cap. 3. ingenioſus Coſmopolita docet, quòd pluuia accipit illam vim vitæ, atque illam coniungit alcali terræ per radios ſolares: ſic quoque eadem vis vitæ in microcoſmum attrahitur per inſpirationem, atque fixatur per radios ſolares cordis in alcali animalium, vel humidum radicale, quod paulò poſt mechanicè oſtendam. Hæc eſt antiquorum vera ſchola, & Hippocratica doctrina de igne molli corpus ornante nunquam peritura in deſpectum rabioſæ maledicentiæ; vt teſtatur libro de carnibus cum Coſmopolita in eundem ſenſum, inquiens: a *Meam quoquè ſententiam proferam; quod calidum vocamus, id mihi immortale eſſe videtur cunctaque intelligere, orna-*

re,

a *Acidum.*

re, videre & audire, sentireque omnia, tum præsentia tum futura; cuius pars maxima, cum omnia perturbata essent, in supremum ambitum se cessit, quod mihi videntur veteres Aethera appellasse. a Altera pars locum infimum sortita, terra quidem appellatur frigida & sicca, multasque mutationes habens, & in qua multum sanè calidi inest. Quid clariùs dici potest pro humido radicali rerum? Nàm quæ in macrocosmo ostendit Cosmopolita (vide cap. 3.) eadem in microcosmo intelligenda esse iubet Hippocrates. Corpus enim humanum, nisi ab immortali illo tàm per alimenta, quàm per inspirationem reficeretur; frigidum sanè & siccum multas mutationes subiret; ac tandem coram oculis nostris in nihilum redigeretur; eodem modo sicut candelæ flammæ cereo absumpto, aut vento vrgente extincto accidit: non tamen perit, vt vulgo videtur, sed pabulo suo destituta ab eo auellitur, spargitur, & euanescit in aerem, qui abyssus est, & receptaculum vniuersale luminum & spiritualium naturarum mundi materialis Raimundo teste. Et paulo ante Hippoc: textus lib. de carnibus exemplicat. Omnibus itaque tribus regnis ex aere suppeditatur precipuus vitæ fomes, & pabulum: hinc antiqui dixerunt: Iouis omnia plena, & Cosmopolita,

a *Alcali*.

lita, in aere ocultum vitæ cibum pronunciauit, quem ostendi corpus induere in sibi conueniente radice.

Calidum itàque innatum, & humidum radicale, plurimum distant ab inuicem, illud totum solare & occultè acidum, atque oleosum, istud verò magis corporeum constans atque salinum: illud ex ordine superiorum, istud magis inferiorum, in quo est illa regio, *vbi vir suam sibi perduxit vxorem*, vt ait Cosmopolita, tract. de Sulphure: estque infernus, quò à Plutone rapta Proserpina ducitur, pro qua Cereri eiusdem Proserpinę matri Iouis auxilium imploranti responsum est futurum esse, vt posset ipsa reuertit, si tamen apud inferos nihil gustasset: id est nisi spiritus ille cælestis solis filius ab alcali fuisset absorptus, sed adhuc liber in aere habitaret, tunc reuertit facile posset: illa autem punici mali in Elysio (sc. in voluptate) grana gustauerat, vndè ad superos remeare non potuit, nisi sex mensibus elapsis; id est quo vsque punica mala consumarentur, & tunc Proserpina redit ad matrem, sicut lumen candelæ in patriam, vt ante dixi.

Falluntur itàque qui calorem innatum, & humidum radicale confundunt in omni famillia: non minus, enim inter se discrepant, quam aqua caustica à mercurio, in quo eadem corpus assumit, vt apparet in falsificato emplastro Iohanni de

ni de Vigo imperitè adſcripto. In mixtis ſiquidem, humor radicalis eſt ſedes, & pabulum ignis cæleſtis, & vinculum eius cum elementari corpore: at vis illa ignea eſt forma, & anima mixtorum. Clarius. Spiritus vel occultè, vel manifeſtè acidus eſt ſedes, & vinculum, quod ligat animam cum corpore: faciamus ergò ſicut natura, quam ars imitari in omnibus debet, ſi aliàs perfecti naturæ miniſtri fieri veſimus.

Sit aqua elementalis, quæ ſolis filio calido nempè cæleſti imbuta, atque prægnans ſit, hæc cadit in humidum radicale vel alcali vitis, ab illo combibitur, & fit idem, vt cap. 2. & 3. Oſtendi. Dabo exemplum de ficto veneris ſpiritu, qui à principio aqua ſimplex fuit, quæ imprægnata calido cæleſti cecidit in humidum, radicale vitis, hoc multas ſubeundo mutationes ratione calidi dicti à natura habentis multiplicandi vim in ſe ipſo, perficitur ad maturitatem, & fit vua, cuius aquoſus ſuccus, cum ſit prægnans calido cæleſti, & humido radicali, hęcque dum agere patique incipiunt in inuicem, fit vt ab eorum actione, & reactione ferueat (vid: Hippoc. Chim. cap. 18) vndè fermentari dicitur, & fit vinum, in quo calidum cæleſte ſuperat humidum radicale, & ſi tandem acquirit vires, fit acetum: aceto hoc, vel vinaceis iam aceſcentibus troditur cuprum quod (vt rectè Dioſco-

rides

rides docet) ærosum fit ærugo, ex hac per distillationem redit acetum, quod inepti falso titulo veneris spiritum dictitant, vt suo loco ad amussim ostendi: hoc acetum, nil aliud est, quam aqua impregnata acido sale à vitis principio, estque sedes & humidum radicale eius innati ignis cęlestis iam specificati à vite (purum enim, vt à vulgi & ignorantium illotis manibus tractetur, se non exponit) vocaturque communi nomine acetum. Et quemadmodum calidum cæleste a primis initijs sedem fixit in alcali aquæ, & posteà in vite multiplicatum fuit, exindè etiam ortus sui nomen retinuit, quod in cupro quoquè conseruauit illæsum in Norimberg: & Viennens: decanorum sociorumque erubescentiam.

Acetum itàque nobis nũc rursus exemplum erit calidi cælestis: hoc inquam exsatietur alcali tartari, donec strepitus, & ebullitio cesset, in illa ebullitione *spiritus* ligat ignem cælestem cum corpore terrestri, id est cum alcali: alcali hoc loco repręsentat humidum radicale, in quo calidum cęleste ligatur: & postquam alcali, idest matrix debitam portionem accepit, ceterum eijcit foras, vt Cosmopolitę verbis vtar.

Si vis, vt Proserpina redeat ad matrem hunc tartarum distilla, & exibit oleum, & aqua, quę ab oleo amarescit, oleum est pingue illud, per quod erat acetum:

hoc

hoc oleum & aquam rurſus imbibe in alcali, & diſtilla vt prius, & loco olei redit aqua inſipida elementalis: & ſic aqua in principio imprægnatur calido cęleſti, poſteà per fermentationem mutatur in vuas, deindè in vinum deniquè in acetum, tandèm fit ſal in matre alcali, quod vertitur in oleum, & vltimò redit, ſicut de lumine candelę & de Proſerpina oſtendi, ad matrem, ad Æthera dixit Hipp. paulò antè adeò vt radix rei in aquam elementalem reuertitur, in id ſcil: quod fuit, antequam à filio ſolis fęcunda fieret indole vitis: Sic quoquè caput mortuum relictum, nil aliud eſt, quàm alcali tartari, in quo idem ſpiritus habitat, quem in aceto oſtendi, ſed conſtantiori modo, quarè illum hoc loco humidum, radicale appellari licet quod etiam per repetitas diſtillationes redit in terram inanem, & aquam ſimplicem elementalem, vt docet Hippoc: Chimic: cap: 10. Sic adimpletur Hermetis, & aliorum, dictum, nil ſcil. in mundo mori &c.

Hanc ſimplicem elementalem aquam venditat ineptum Collegium (quod ex ſocio facilimè cognoſcitur) deſolatis ęgris pro cordiali, vt ſupra cap. 4. oſtendi, qua vtilitate & medicinę gloria iudicent honeſti viri: Virtus itàque illa ignea, & oleoſa eſt calidi, & humidi materia in rebus mixtis à ſuperioribus naturis in hęc inferiora defluxa, ſine qua terra iterum

inanis, & vacua fieret: aqueus autem humor, est immediatè custos, & capsula spiritus illius ignei in semine incarcerati, qui eò vsque ibidem moratur, donec calore aduentitio in matrice apta ad generationem promoueatur: & sicut in alcali cum acido ostendi, sic quoquè humidum radicale in quolibet mixto est officina Vulcani, & focus, in quem fluit, & custoditur ignis ille immortalis, qui primus motor est omnium indiuidui facultatum, & quià solis filius, & vicarius est: ea omnia agere in quolibet mundo minore, quę sol in maiore concludo cum Raimundo, & auctoritate Hippoc: de carnibus.

a His pręmissis videamus nunc vbi sit reposita sedes humidi radicalis in homine, quod solis filium, vel Proserpinam sine intermissione rapit, & absorbet. Ex situ & efficaci solis virtute licet inferre eum cordis vice in vniuerso fungi, à sole enim vita in omnes partes defluit: lux quippè vitæ vehiculum est, imo fons, & causa proxima, quę vitam rebus inspirat, sola hominis anima excępta, quę lucis supercęlestis increatę radius est. b Et quemadmodum sol in macrocosmo cordis vicem gerit, & vitam rebus inspirat: sic quoquè cor in microcosmo solis vicem gerere debet, si aliàs vera sint, vt sunt

verif-

a *Sedes humidi radicalis.* b *Increata lux.*

verissima & sine mendacio, quæ Hermes in tabula nobis reliquit, quod nimirùm superiora sint, sicut inferiora, & vice versa: oportet itàque, vt spiritus vitalis, vel calidum cæleste per pulmonem attractum, & quasi per cribrum purgatum recta ad cor tendat, vbi Proserpina ab humido radicali amplectitur, detinetur, & corpus acquirit, vt suprà ex Hippoc: de aquà caustica cum mercurio: & de aceto cum alcali tartari notaui: & sicut phlegma vel aqua elementalis, quæ radix est aquæ fortis & aceti, non coagulatur cum mercurio, neque cùm alcali, sed exhalat à calore, & redit in aquam elementalem, vt ostendi: sic quoque phlegma, & elementalem aqueum vaporem, quem cum calido cælesti solis filio inspiramus, haurimusque, rursus expirando in aquam redire, quilibet etiam plebeus agnoscit, & fateri compellitur. Salina autem natura aquæ fortis cum mercurio fixatur, sicut salina natura aceti in alcali vel coralijs: sic quoquè Proserpina, vel filius solis inspiratione attractus per pulmonem ad humidum radicale, quod in corde sedet, detinetur ibidem, & à radijs & cordis calore elaboratur & fixatur (suo modo) in alcali, vel humidum radicale: quod deindè per eundem calorem & pulsum diffunditur per totum, & rebus membrisque vitam, actiones & facultates inspirat (cuncta enim intelligere, videre,

 orna-

ornare, audire, sentire, dixit Hippoc. suprà citato loco de carnibus: vide etiam finem antecedentis capituli) & vt diuersas edit actiones, ità diuersa quoque sortitur nomina, nam in oculis videt, in lingua gustat, in digitis tangit &c. Et quemadmodum ostendi, quod acidum & alcali fermenta constituant: sic quoque humidum radicale, & calidum innatum tàm *a* in frumenti grano quàm in corpore humano vitales actiones edunt, & non ineptè vitale fermentum vocari licet, nam exindè in vniuersa corporis membra fluit & diffunditur. Et sicut vitalis ille spiritus vel solis filius est sui ipsius, vt ità dicam, multiplicatiuus in stomacho grani frumenti (qui est 8200. pars sui corporis, vt notarunt arcanorum mystę) & ex superabundantibus diuitiarum donis acescat, fiatque aqua ardens & inflammabilis: ita quoquè hic in stomacho humano *regerminat*, multiplicatur, fermenti more acescit, & instar aquę ardentis totum humanum corpus viuido colore & calore illuminat, hinc (quia habet operationes ignis) ideò ab Hippoc. *b* ignis mollis in stomacho sedens appellatus fuit. Nam sicut sol cor mundi indesinenter ad ęthera mittit hunc spiritum, qui omnia; quę mundus

a *Fermentum vitale.*
b *Quare ignis mollis vocatur.*

mundus habet, in se continet nè machina mundi deficiat: sicquoquè cor ad ęthera microcosmi id est ad stomachum indesinenter mittit hunc spiritum, qui continet in ventre suo omnia, quę microcosmus habet, ob id Arcanorum mystę hunc multiuentris spiritum mercurij nomine dotarunt. Et quià omnibus vitę diebus fluit, & euanescit propter volatilitatem, & fragilitatem animalium, naturis propriam Hip. Chim. demonstrante cap. 12. prę sertim in crescentibus, necesse est, vt reparetur cibis congruis (ijsdem enim nutrimur, quibus constamus) qui in stomacho acquirsit volatilitatis initium à dicto spiritu ipsius animalis, cuius speciei spiritus ille à principio fuit, (sic cibus in stomacho fermētur suscipit intrò: vt Raimund. in Theoria) Vndè necessariò panis, & aqua in stomacho humano fiunt alimentum humanum, & idem panis, & aqua in stomacho canino fiunt alimentum caninum &c. quia accidum vitale animalium, & accidum occultum in alimentis vel per coctionem in humidum radicale conuersum, hęc omnia ex solis filio originem traxerunt: superatur autem specifica vis acida in alimentis à vitali acido in stomacho animalium sedente; sicut acidum sedens in perla ab aceto, cuique dominatur. Alimentum artem è stomacho sano non decedit, donec fermenti finem non adeptum fuerit vt cap. 6. osten-

di exemplis quam plurimis; natura enim similis in omnibus est: Hipp. & Antiquorum auctoritate, experientia id probantibus) id est donec vitalitatis ac volatilitatis fundamentum non acquisiuerit: nam cùm humidum radicale omnium animalium volatile sit, vt & ipsa Vulcani officina: res postulat, vt quicquid ibidem elaboratur; fragile, & volatile euadat; hinc omnium animalium carnes, sanguis, vrina, sudor, petræ calculi, sabulum, tophi, scirrhi & quicquid animal generare potest, non resistunt, sed per ignem à statu pristino destruuntur, & annihilantur, vel rediguntur in insipidam, vt ossa, vel in mordicantem calcem, vt ouorũ, & ostrearum, similiumque scortices &c. omnia autem dicta, priusquam exurantur, occultè falsa esse; non solum persuadet ratio supradicta, & Hippoc. auctoritas, sed insuper etiam experientia frequentissima magistra, & ne, semel dicta fastidiose repetam, videatur de hac re Hippoc. Chim. a cap. 12. ad 16. quicquid enim ex animali distillatur ignis ope, egreditur ex illo liquor, oleũ pingue, & alcali fugax: acidum verò, quod alcali colligauerat, in hac tyrannica operatione redit cum Proserpina ad matrem, quem exindè arte, astutisque manibus repetere licet; vt paulò post ostendam: caput mortuum verò, etiam ex durioribus ossibus vacuum, & inane relinquitur, sanguine

guine excepto, qui dum leni igne paulatim in retorta in carbonem reducitur, tunc ex illo aqua communi salis portio elicitur, maior tamen pars virtur in alcali fugax, non vehementer fętens euidenti argumento, quod in sanguine sit acidi occulti pars maior quam in ossibus, & reliquis partibus, alcali ligantis, ne leui igne fugitiuum fiat, Hippoc. Chim. cap. 12.

a Quod autem sit sal (idest compositum ex acido & alcali probat solutio mercurij sublimati, in hanc enim deiectum illum non pręcipitat, sicut alcali: vt supra cap. 7. pars verò, quę ex retorta distillatur, *b* est alcali fugax, & mercurium pręcipitat candidi coloris, & in leuem spongosum puluisculum.

Vrinę paulatim coagulatę in mellis cõsistentiam adde alcali fixum, vt combibat acidum sal, quod homo comedit, quę sic per alembicum emitet alcali fugax vrinę fętorem referens à fermento putredinis *c* Fermentum istud putredinis non acquirit vrina in putrefactione artificali, vt existimant decani cũ rabiosulis socijs, sed in ipso puncto, quando serum per renes quasi per siringam transit; etymi autem defectu voco fermentum putredinis, ad distin-

a *Sal sanguinis.*
b *Alcalis sanguinis.*
c *Fermentum putredinis quid.*

perarum primam fæmineam materiam à cinifionum, & imperitorum turba miserè agitatam, & deturpatam legimus modò cum calce, modò cum acidissimo salis spiritu (vid: Hippoc. Chim: cap. 3. & 11.) eius naturæ contrarijs rebus, ità vt scintillula luminis, seu interna viperea forma, quæ blanda fermentatione augeri, & multiplicari debeat, ab illis naturę violatoribus totaliter ferè destructa sit, & annihilata, non secùs, quàm lumen perlæ ab eorum laudatissimo veneris spiritu, oppressa & iugulata remanet. Et quemadmodum peritus natura duce potest multiplicare formam in matre metallorum: sic quoquè peritus eadem duce, poterit multiplicare formam in matre vel alcali viperino.

Ostendi quomodò sagax natura elaborando perficit humidum radicale pro vegetabilium familia, cui superstruxit antiquitas artificiale fælici successu. Ostendi quoque ex Hippoc: de carnibus modum, quo natura vtitur in præparatione humidi radicalis in animali familia: ad cuius imitationem construxi artificiale, nequè latum vnguem à naturali operatione recedens.

Hinc manifestum fiet omnibus & singulis pręsentibus, *a* & futuris pręter opinionem,

a *Sal viperinum Auctoris, est humidum radicale per artem.*

nionem, calumniantium, quod per hoc nostrum inuentum non solùm sal viperinum, sed insuper humidum radicale per artem verè, & sine fraude dici possit: constat enim ex alcali viperino (quod sicut in mineralibus, & vegetabilibus fæminam agere, sicquoquè in hac animalium classe totum esse fœmineæ naturæ formamque viperinam occultum in se habere experientia, & Gebri auctoritate paulò antè euici) & ex solis filio, vel calido cælesti nondum corrupto, qui, cum solus esse non possit, in aquæ alcali recipitur, & detinetur, donec in salsum, *id est*, in perfectionis suæ naturæ gradum fermentetur. Dixi. Pro huius salis exemplo dedit Hipp: Chim: cap. 10. modum, quo cum alcali tartari fiat tartarus vitriolatus ex cruda vitrioli martis minera, & ostendit insuper naturam in omnibus similem esse, & sanè magnum quid *detexit*; ambegni autem steriles & *medicinæ* scientiæ infæcundi propter mentis cæcitatem claræ veritatis capaces non sunt, imò vix cognoscunt, quę ante oculos habent: quippè in acidis fontibus non vident filium solis à prouida natura in aqua dilutum, qui nunquam deficit, & præterfluendo immaturam ferri venam suauissima aciditate lambit; & postquam paululùm defluxit, flauescit: vt docet, Hippoc: Chim cap. 16. euidenti argumento, quod cælestis ille spiritus actione fatiscat

defi-

deficienter ſemine, non ſecus ac Proſerpina peracta voluptate ad matrem reuertitur; ab illotis tamen manibus capi ſe non ſinit, ſcientibus autem ſubter ſomnum, & dum dormit, ſeſe manifeſtat. Plures idcircò ſunt vię ad hunc intentum, quę obtrectatoribus admodum ſalebroſę, atque obſcuriſſimę tenebrę ſunt; ſed quis ingenioſus cum vitriolo martis crudo naturali idem non tentaret? niſi timeret fortaſſe frequentem ſolutionem, longam digeſtionem, & iudicioſam coagulationem.

En candidi phiſicę lucis aſſertores alcali viperini fęminea prima materia victorioſo, & ſolenni connubio eum ſolis filio in ſalis naturam exaltata, quorum nuptię in domo naturę celebratę ſunt, verba Coſmopolitę. Aduerſus quas per viginti integros annos (in hac Regia me commorante) canes vlularũt, corui crocitarunt, ſtrepitus incõditi auditi ſunt. Quæ dum contempſit, viuit, triumphat, & apoJactizat inimicos ſuos, ſi perijſſet! non defuiſſent, qui hęc inter certa prodigia mortis numeraſſent. Proh, quantũ cartę hanc ob rem non macularunt didaſcali grammaticales, quas obtrectationes, quot infationum libellos, quot denique calumnias, & ſordes in proprium ſinum non euomerunt illepidi vociferatores, operumque naturę violatores, ac ciniflones? Eò quod veritatem profidiſſima tutrice habuimus,

quę licet quandoque à grauissimis ponderibus mortalibus tamen inutilibus prematur, & exerceatur; expugnari tamen vel opprimi illam impossibile est, cum adeò potens, inexpugnabilis, ac triumphans supra res totius mundi omnes sit, vt ostendit ex sacris Hip: Chim: in pręfatione: ea propter plebeorum contemptus cum voluptate accepimus: tantum enim fętidę pultis vix est reperibile, quantum proterua eorum maledicentię rostra obturare possit, didici enim, cum imperitis certare de rebus, quas non intelligunt, eosque docendo, gloriolam captare, insipientis esse: sed contra, sapere, occulere, temporumque, loci, consuetudinis imperantium hominum, cum quibus versaris rationem habere; confidere etiam in iustis actionibus, & tunc quod ęquissimum est hilari animo expectare, nunquam incommodi, sed ingentis glorię, atque lucri esse. Pro exemplo satis recenti sit Heluuig Didrich (sit hoc absque contumelia dictum, nam mortuis & absentibus non nisi benè dicendum) quid non tentabat olim vnà cum suis conspiratoribus contra experimentalem veritatem sibi omnibus incognitam, atque ignotam? Quid non de moribus (qui sunt extra metam rei) in vulgus effrenata voce dederunt: Attamen camelorum saltantium actiones omnes derisimus, cum sciuerimus vanis, atque vesanis cerebellis

fami-

familiare esse refugium, vbi rationes veritatem oppugnantes defecerint, moribus maledicendi ansam arripere, vt testimonium esse potest responsum illud nostrum 1656. sub *a* ECHI nomine diuulgatum. Idem facinus, & hodie tentarunt decani sat rabiosuli cum collecticijs & turpiloquis socijs, atque antecedente, grege, omnes inquam iudices, turpissima ingnorantia contaminati, testeque iniqui, in lege falsarij, vt hactenus palàm ostendi: quorum omnium scripta tàm pręterita, quàm pręsentia, licet sint in magnum volumen *b* stolida diligentia coaceruata, ad opprimendum tamen Tachenium à veritate protectum non sufficiunt: sed in his occupationibus, ociosuli aureum, & irreparabile tempus solummodò contriuerunt; mendacem genium exercentes; ac frustrà laborando cartam macularunt, vt & in posterum frustrà laborabunt, si &c. Caballus quippe generosus non curat insequentium catellorum latratus: tanti enim facimus pręsentes, ac futuros obtrectatores nostros omnes, & singulos, quanti &c. me intelligitis, eò quod iustis in actionibus viuimus, atque confidimus. Quid plura?

In vitriolo est acidum naturę humanę gratissimum, iucundissimum, atque optatis-

a *ECHO ad vindicias Chrisophi.*
b *Timidi canes vehementi latra.*

optatiſſimum, Paracelſo teſte, & experientia: hoc acidum, quia ſolum eſſe non poteſt, ſe aſſociat immaturo metallo atque cum illo in ſalinum corpus abit, libera illud & operis non pęnitebit: deliteſcit enim in illo Epilepſię arcanum, de quo ingenuus Crolius. Multas Paracelſus virtutes tribuit in curanda epilepſia volatilitati ſpiritus vitrioli; at illius apud nullum adhuc data mihi fuit videndi facultas, *a* nec vllus mihi affirmare potuit, quod confirmatam epilepſiam ſolo vulgari, & ſimpliciter pręparato vitrioli ſpiritu tollere potuerit: hactenus ille. Per diſtillationem itàque propter rationes indigitatas elici non poteſt, vt omnes candidi artifices teſtantur: & hęc eſt cauſa, quarè aliam viam tentarunt Arcanorum naturę ſcrutatores, quam lubens clariùs hic appoſuiſſem ſed expertus ſum, inſipientis eſſe, ignorantibus, & vulgo ſe exponere: quicquid enim laudat, *vituperio* eſt dignum, quicquid cogitat, vanum: quicquid loquitur, falſum: quod improbat, bonum: & quod approbat, malum, & quicquid extollit infame eſt, vt hactenus claris exemplis demonſtraui. Non ſolum autem epilepſię latet arcanum in dicta volatilitate, ſed ſuffocationis etiam matricis, cordis pariter palpitationem, corro-

a *Baſilij Valentini ſpiritus vitrioli albus, quid?*

corroborationis ſpirituum, cerebri, cordis, & totius indiuidui, cum ſit filius ſolis, & vitalis noſtri ſpiritus vterinus frater. Nunc ſatis dixi.

Redeo ad alcali viperinum vacuum, à ciniflonum turba malè tractatum.

Quemadmodum eſurientibus, & panem petentibus, non ſcorpionem neque lignum porrigimus: neque ſitientibus oleum felle mixtum, ſed conſentanea, & ſimilia alimenta ex eadem familia, ex qua conſtat eſuriens, illi exhibemus, docente id Hippoc. ſic quoque alcali viperinum vacuum eſuriens, ac ſitiens non calce, non ſpiritu ſalis, vt imperitorum ſcripta ſonant, ſed eodem debet exſatiari, ex quo conſtat, cum natura vbique ſimilis ſit, vt cap. 3. huius tractatus oſtendi ità facere naturam: quam ſitu veritatis amans ſtudioſus in tuis exercitijs fueris imitatus in nullo puncto errabis, vt mox clariori exemplo patebit. Hic verò lectores omnes advertant velim, quod ſicut omnia, quæ ab animalibus proficiſcuntur, infirmiora dant remedia pro humano vſu, quàm quæ ex mineralibus: ſic quoque hic intelligere debeant: quod licet alcali viperinum ſpecificam formam poſſideat, & naturali acido ſuperuenienti impręgnetur, ſubque conueniente digeſtionis calore in vnum corpus excellens maturetur: reſurgat quidem idem, alcali efficatius ratione maſculi adiuncti:

vltra

vltra tamen terminum suprà ex Raimundo allegatum non ascendat. Adeòque ex minerali familia desumpta multò perfectiora in Epilesia, Astmate, calculo, plurimisque coagulatis morbis (Hip. Chim. cap. 14.) reperiuntur, quatenus eorum humidum radicale constantius experientia deprehendatur.

a Coagulati autem morbi generaliter dicuntur ij, qui ex acido immaturo ex stomacho ad alienas digestionum officinas fluunt, & coagulantur: aut si in ipsis officinis per degenerationem occasionalis causæ acidum potentius euadat, tunc innatum supprimit, & illicò contrahuntur pori, atque cum alcali loci, coagulum suscipit, iuxtà membri proprietatem, vt suprà ex Hippoc. ostendi. Et quemadmodum in macrocosmo habitat in aere occultus vitę cibus, qui omnia in se continendo quæcunque mundus habet, ob id multiuentris spiritus appellatur: sic quoquè in microscomo iutelligendum est; in humani itàque stomachi aere habitat multiuentris spiritus, qui in se continet, quicquid homo potest, & habet, vt ex Hip. lib. de carnibus ostendi. Si ergò quidquam huius spiritus in stomacho habitantis acidiorem auram peregrini saporis, vel odoris non conuenientis suæ propriæ naturæ hauserit, quę non plané

a. *Coagulati morbi.*

planè in maturum vel salsum mutari potuerit, & in alienam digestionis officinam ceciderit, vbi concoctio, & alteratio dulciore actione, quàm in stomacho procedit, tunc statim potentius supprimit debilius, & coagulantur ambo in alienam indolem, vndè incola spiritus indignatur, membrum incalescit, proprium alimentum non concoquit, atque exhinc morbus palam producitur: non secùs ac cum acetum perlæ rectorem incolam supprimit, eumque ità debilitat, vt perlæ faciem amittat, sicut alibi satis lucidè ostendi.

Acidum ergò viuidum & manifestum si per errorem ex stomacho labatur, atque penetret ad intestinorum œconomiam, statim vt peregrinum & potentius debiliorem operatorem loci supprimit, sibique prouinciam appropriat, colicosque dolores suscitat, vel aluum fluxam reddit, vel obduratam, & similia intestinorum vitia producit, de quibus tamen hoc loco ad euitandam prolixitatem non agere satiùs duco; cum proprium tractatum requirantur: sed necessaria solùm argumenta pro hac re exinde trahere conatus sum, vt inscitiam demonstrem eorum, qui nil aliud quàm sibi ignotam infamare veritatem, eamque conuitijs onerare didicerunt *a* Acidum autem

---

a *Aura vitalis.*

tem illud viuidum & manifestum (de quo hic sermo est) non intelligi debet vt fluidus quidam liquor, qui, vt vulgus loquitur, instar rapidi torrentis descendat: sed acidum vitale, quod est per Hipp. aura leuis: per Virg. igneus vigor: & per Horat. diuina aura, per se corpore carens; quę, cum *sola esse non possit* (vt Hippocr. de diæta) cibis, potibusque se incorporat, eaque informat in alimentum vitale illius corporis huiusmodi cibum assumentis: vnde rursus Hippoc. primo de diæta *anima hominis in homine augetur in alio vero nullo, & aliorum magnorum animalium similiter*. a Hæc autem aura sola irradiatione suum perficit opus; peregrina verò huic permixta, vt aqua aquæ, ignis igni, sola pro morborum causa sufficit, vt docet Magister de veterum medic:, eò quòd insitum operatorem (omnis enim musculus suum ventriculum habet) alterare facilimè possit: quo alterato è vestigio loci digestio turbatur, b & ipsum alimentũ aliàs viuidum peruertitur in mucosam indolem iuxta membri afflicti proprietatem: non secus ac occultus odor sulphureus auripigmenti inficit & denigrat sal saturni etiam à se longè distans, hoc modo: scribito cum sacharo saturni in aqua soluto, quæ scriptura in carta

a *Aura, morbi causa.*
b *Cryptograrhiæ modus.*

carta à nemine visu percipitur ; cartam scriptam colloca in cuiusdam libri frontispicio ; deinde habeas humido sulphureum odorem ex calce viua , & auripigmento , ambobus prius separatim contritis , & postea simul commixtis, cui puluisculo affunde aquam , & fac lixiuium, quo cum alia cartam madefiat, quam ad finem libri colloca ; claude librum , & sequentis mane diei scripturam obscurè nigram apparentem inuenies ; eò quòd sulphureus odor auripigmenti excitatus ab alcali calcis, penetrauerit totum libri corpus vsque ab subiectum suum . *Simili prorsus modo* (inquit Hippoc. de diæta) *a operatur Hominis natura , cum qua omnes artes, omniaque artificia communicant.* Nam si faber synouiæ in articulo (verbi gratia) pedis ita sit dispositus ad recipiendam inquinatam stomachi auram , sicut sal saturni ad recipiendam auram inquinatam odore sulpuris auripigmenti , tunc sanè stomachi aura peregrino odore tincta synouiam quoque in digiti pedis articulo inquinabit , & hoc solo fit odore vt ità dicam , ex quo nascitur dolor in pedis articulo , qui à loco podagra nominatur , & confestim alimentum alias viuidum peruertitur in mucosam indolem &c. vt paulo ante dixi.

Hoc genus in vniuersum Hipppocrates

a *Ars imitatur naturam & hæc artem.*

tes veterum more diuinum appellauit, iussitque vnumquemque animaduertere, & obseruare, vt si quid in morbis diuinum adsit, illius prouidentia habeatur, vt & bonum, & admirabilem medicum se præstet.

a Diuinum igitur Hippocratis est occultum, arduum, obscurum abditum, crypticum & admirabile fermentum in omnibus tam Macro, quam Microcosmi ventriculis, quod neque oculis videri, neque vllo sensu, sed solummodo ab effectu, multo labore & non modico tempore cognosci potest, illudque cap. 2. filium solis ostendi. Quæcunque enim oculorum conspectum effugiunt, ea mentis oculis obtinentur, & superantur, vt habet præceptionum libello.

b Hoc arduum, atque obscurum fermentum *solida & in arte fundata* decanorum sociorumque *fortissima* cerebella ita *obstupefecit, vt* diuinum istud tam in morbis, quàm in remedijs tanquam *nefandum* quoddam in Hippoc. Chimico celebratum *improbarent*; atque *nouissima à prioribus discernere* ignorarent, quod præ *stupore* se *admirari* fatetur quartus nimirum in ordine Vien: professor: scurrilis dicacitatis fautor & adiutor, hocque vt manifestè

---

a *Diuinum Hip. quid?* b *Viennensium professorum contumeliosa crassaque sententia, de antiquissimę medicinę fundamento.*

feſtè *falſum & ſtultum à viris doctis tractetur*, ſed vigilans ſtertit.

Galenus autem noſter iam ſenex eorum veſaniam derigens, illud cum infinitis præſtantiſſimis viris in maxima veneratione habuit, & in affectione quadam ſecreta ſtatuit, ipſiſque partibus inhærere cum Hippocrate fatetur 2. de feb: diff: cap: 27: de febribus intermittentibus ità ſentiens: *Haurum circuitas repetere minimè deſinit, quoad DISPOSITIO in parte generante ſeruetur*. Vndè liquet, quod eo loco paulò altius, quàm libris methodi, & primo artis ad Glauconem febrium curationem inſtituerit, dicens: *præcipuum ſanationis ſcopum eſſe DISPOSITIONIS huius correctionem* &c. Et eodem libro. *Vbi verò calor ſuperat materiam appellatur incrementum*: nil aliud vult, quam quod Hippoc: Chim: in ſtudioſorum gratiam dilucidius aperuit, fermentum nimirum id eſt ACIDVM, vel occultum vel manifeſtum, quod dum plebeis loquitur calorem vocat, & ALCALI materiam, nam ſi calor ſuperat, materiæ vel alcali dominetur neceſſe eſt, vt vbique in omnibus macro, & microcoſmi exemplis ad nauſeam vſque oſtendi, & tunc (ait Galenus) augeatur calor, non ſolum in febribus, ſed etiam in reliquis omnibus morbis & materiis, vt in hordeo Macrocoſmi ſemine manifeſtiſſimè ſupra oſtendi, & nunc porrò in paronychia Micro-

coſmi

cosmi semine similiter ad oculum ostendam. Est autem paronychia dolorum fere omnium regina, igneus tumor, sic dictus ab acutissimo dolore, cuius similem vix habet humana familia: exoritur in radice vnguium, id est in eorum uentriculo, quando per errorem occultum fermentum ibidem fit manifestum, & acescit, eo momento peruertitur viuidum alimentum, turbantur vicina quæque, imò non nunquam ipsa ossa eroduntur. Corrigitur autem hæc DISPOSITIO à pontentiori acido, descendente ex perfectiori familia, quod Microcosmi accensum fermentum superare possit: nam priusquam tumor aperiatur, oblinire illum oportet, vt & totum vnguem acido sulphuris, sicut ex campana colligitur, quod propter eius spissitudinem oleum vocant, hæc vnctio, quandò leuiter mordet, ipso momento dispositionem corruptiuam correctam notabilis, quia potentior anima dominatur debiliori, non secus, quam fictus spiritus veneris occulto acido in perla. Ablue digitum aqua tepida, & satis est.

Horum quam plurima in proximi necessitatem imò & ipsius luis venereæ festinam, tutam, atque iucundam extinctionem subens reclusissem, nisi vbique temporis præuenisset me Viennensium medicorum alta sapientia.

Non paucos obseruo doctissimos viros, qui

qui longo vſu & exercitatione quædam diſpoſitiones eradicantia adnotarunt, propter ignorantum autem multitudinẽ, hoc noſtro calamitoſo ſæculo omniũ vna, & cateruatim frementium (miſerabile dictu) in publicam vtilitatem edere timent, eò quod gregariorum loquaculorumque medicorum captum ſuperent.

Sic vulgus proprijs antidotis, id eſt quę ſpecificè DISPOSITIONES quaſdam deſtruunt, vel acidum & loci fermentum cohibent, abſorbent vel ſuperant, non ſolum febres, ſed per plurimos morbos abigit nulla purgatione pręmiſſa, quibus aniculę nonnunquàm conſummatiſſimis medicis calumniam texunt, arteque illorum inſimulant: docent id Hippocrate, libro de affectionibus: *Si pharmaco non videbitur opus habere* inquit *medicamenta in potu exhibeto, quibus febris, aut tranſmutetur, aut deficiat.*

Huiuſmodi diſpoſitionum correctionis cum Galeno, vel cum Hippocrate tranſmutationum exempla quam plurima, notat Hip. Chim. quæ cum cryptica, *a* eorumque *labella compeſcentia*, magneticaque naturæ opera, & prædeceſſorum noſtrorum Medicinæ fundamenta ſint, ideò ab *ingenioſiſſimis* decanis eorumque ſo-

a *Cuiuſdam lucifugæ, & norimbergenſium decani verba, in ſterili eorum cantu, contra antique Hippoc. medicinam.*

ſocijs *perlecta* quidem *fuerunt* vt teſtantur, ſed cum *Priſciani regulas gramaticales* ſuperant, minime ab illis intelligi potuerunt, vt contumelioſo cantu fatentur, & ideò calumnijs illa aſperſerunt, eò quod *ex manifeſtis cura conſiderare non didicerunt*, vt Hip. de illis ridet: primo: de diæta.

a Sed ſi ſpiritualis hæc operatio eſt deridenda, tota ſanè natura, profundiſſimaque veræ medicinæ ſcientia debebunt ridicula haberi, quidquid enim tàm in macro quàm microcoſmo operatur natura, incipit, ac finit ſemper ſpirituali modo, cum alia inſtrumenta à ſuo conditore ſortita non ſit. Ex paruo ſemine lini planta ſurgit, quæ plurima prius paſſa mutationum tormenta, tandem carbaſa prodit, quorum ope, & flantibus ventis vltrà citràque per orbem feruntur homines: hæc actio à principio ad finem vſque ex ſpiritualibus procedit, criptographiæ ſimilis, vt oſtendit Hip. Chim: loco ſupra citato. Et ipſa natura humana ex ſolo pane, & aqua ſimplici non ſolùm fabricat corpus, *b* quod tangimus, ſed & ipſum ſpiritum opticum incomprehen-
ſibilis

a *Magnificata ſunt opera tua Domine, nimis, profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. pſal. 91.*

b *panis & ſunt ſpiritus.*

ſibilis tenuitatis : hanc naturæ operationem nullis alijs, quam clariſſimis Norimbergenſis ſc: Reipublicę, vt & Auſtriæ medicinę decanis vnà cum reliquis ſocijs adiunctis ineptam circumforaneam, & ciarlatanam (vt loquuntur) appellare, conceſſum eſſe exiſtimo. Sic pro ipſa medicinę ſcientia, neque rabarbarum, neque ſena, neque agaricum, &c. innato ſpiritu ablato poſſunt amplius corpus humanum turbare: neque ea integris viribus cadaueri humana (ſpiritu ſcilicet ablato) propinata illud purgarent: adeòque quicquid fit in medicina pręter decanorum ſociorumque vociferationem inſtar cryptographię, ſpiritualiter ſcil. procedit *Ex inſenſibilibus namque omnia confiteare principis* conſtare, canit Lucret. lib. 2. porro gallarum pondus vnum, & huius ponderis quarta pars vitrioli (neutro horum nigro) a coniuncta tamen cum aqueo liquore ratione inſiti ſpiritus nigreſcunt, eò quòd alcali gallarum ſorbeat ſpiritum acidum vitrioli, & ferrum immaturum diluitur in atramentum, quod Reges, literati, illiterati, plebei in frequenti vſu habent, hi tamen omnes cum crypticum hunc, abditumque colorem in lucem productum tractent, circumforaneorum nomine à magnificis noſtris decanis, eorumque ſo-

a *Atramentum ex abditis producitur.*

cijs & lucifugis taxantur; qui lingua quidem inepte, atramento verò ineptissime vtuntur. Sed vt is finem faciam, concludo cum Lucret: quod tam doctus, quam indoctus fateri compellitur, quicquid nimirum mundus habet, ex crypticis abditisque productum esse: soli autem loquaculi, qui, dum vana & vacua corpora sine spiritu toti mundo se palàm ostendunt, hæc naturæ opera vna cum suis instrumentis ludibrio exponunt, leues, ingratæ, ac ludicræ aues, quas suis esurientibus comedendas, ac deridendas nunc propino: Et vndè digressus sum, redeo. Aura itaque stomachi peregrino odore imbuta ad articulos pedis perreptare potest (sicut aura sulphurei realgaris ad sal saturni, quamquàm longè distans, vt mechanice ostendi) atque habitatorem spiritum ità turbare, vt alimentum loci acescat, & dolor exoriatur qui à loco podagricus vocatur. Cuius autem speciei sit hæc aciditas peregrina ab aura sic tincta, humana mente assequi nequimus, vndè Hipp: præcept: libello: *propter attributa varia id est acida varia diuturniore quandoque mora affectus assident.* Pro particulari itàque medela latet in specifico alcali, tale acidum sitiente horum dolorum contrarietas, sicut de *a* ferro ad

a *Aqua spermatis ranarum alcali diues inflamationes tollit podagricas.*

ro ad ſplenem & de oſtiocolla &c. oſtendi (vid. Hip. Chim. cap. 28.) pro externo autem remedio vidi aliquoties vehementiſſimum dolorem aqua ſpermatis ranarum tepida alcali volatilis diuite fuiſſe mitigatum, vt habet Hip: Chi: cap. 19. idem quoque habet Tenzelius in Exegeſi: addito tamen alumine. Hæc aura, ſi ad renes perreptat, & præſidem ibidem ſpiritum ſupprimit, quicquid apprehendit, coagulat cum alcali vrinæ in calculi ſpeciem; *a* idem quoque in veſica, in iecore vena porta, in pulmone, in bilis veſicula, & in omnibus digeſtionum officinis, in quibus fluida materia reperitur, contingit de modo videatur Hippoc. Chim. c. 14.

Eodem modo generantur lapides præter naturam non ſolum in hominibus, ſed etiam in quibuſdam animalibus, eorumque partibus, & idem acidum, quod *illos* coagulauerat, mutato ordine rurſus diſſoluit, vt oſtendit magiſtra natura in cancrorum lapidibus, qui tamen ipſis cancris non ſunt morboſi, ſed ab eorum primis conſtitutiuis oriundi: Conſeruo quoque apud me lapides in caponum renibus, & in boum felle repertos, ſunt qui etiam ex eorum veſica, & renibus oſtendunt.

b Sic quoque naſcitur præternaturam,

a. *Calculi origo.* b *Lapis. biſtricis.*

& reperitur lapis in felle histricis, vel porci spinosi, quem magnis laudibus extollunt fabulatores, rerum causas ignorantes, & præsertim qui medici Canonici à mulierculis & inara plebecula audiri volunt, Docti enim norunt vnicam esse medicinam Hippocraticam, quam solum in externam, & internam distinguere necesse est: propter ignorantiam autem in diuersam secuerunt, vt habet Hippoc: Chim: in præfatione.

Redeo ad lapidẽ in felle histricis obortum, cui adscribunt multas imaginarias vires, & ex mera simplicitate (quæ sanè in medicina toleranda non est) asseuerant debili tamen argumento, hunc esse singularis virtutis supra omnes animalium lapides, eò quòd gustum amaricet, nescientes ex felle saporem amarum contraxisse, cuius pars cum acido & alcali coagulationem iniuit: eodem modo vt calculus renum plerumque rutilat à sanguine; ità & vesicæ albicat propter mucilaginem sibi admixtam, quam vesica plorat. Quicquid enim acidum coagulans, & alcali apprehendunt in festina coagulatione à vitali regimine exclusum, & non procul recedens à natura amborum, in societatem suscipiunt: non aliter, quam calx cum aqua liquefacta rursus coagulum petreum fit cum rebus sibi commixtis, vt ostendit quotidiana experientia. Vnde lamentatur Hippoc: de diæta, *quod Homi-*

nes

nes ex manifestis obscura cognoscere ignorent. a Sed quarè lapis in felle bouis inuentus non reputatur eiusdem virtutis cum histricæ? cum aliàs à boue nil proficiscatur, quod humano vsui non conducat. Dicam; quia frequentior est. Decani verò cum socijs commendant hunc lapidem hac non minus sagacissima quam potentissima ratione: *nisi enim magnæ esset virtutis, Magnates eum magno non coemerent pretio.* Proh! magnifici, Domini, quomodò vulgo plebique ità vos ridiculos approbauistis? Magnates, sunt ne huius sęculi medicinæ arbitri? & si essent, nouum tamen non est, acetum distillatum pro filio veneris, aquam elementalem pro cordiali appobare, & ex mera ignorantia ijsdem pro magno medicinæ thesauro commendare atque dedicare, & insuper peierando in proximi interitum defendere, non quià vera, sed vt talia appareant: Verùm multitudo imitantium non parat mendacijs patrocinium, Sed infœlix mortalitas togatæ ignauiæ morem gerit, eique obtemperat.

Sed quæso, magnates vndè notauerunt huius lapidis virtutes adeò præcellentes) quæ non nisi per causarum cogniliones, aut multiplices experientias adiisci queunt, teste Hippoc. de lege. Illi autem cum neutri studeant, aut vix ex

a *Lapis in felle bovis.*

milibus vnus, non ab alijs hanc notitiam, hausisse possunt quàm à vanitatum fabulatoribus, quibus subscribunt; & qui sesquipedali, vacuo tamen sermone medicinæ scientiam iactitant, acetum autem à sale discernere ignorant, vt solis luce clarius ostendi.

Apage ergò cum his nugis, quæ in nobilissimæ artis medicinæ detrimentum, proximiq; calamitatē, & dispendiū conspirant, est enim tot vanitatibus cōmaculata, vt patet in reformata & à vulgo approbata & acclamata pharmacopœa Augustana quod medici nomē iam in plebis ludibrium & in comicorū facetiam abierit, & nisi sordida inertia, atque miserabilis ignorantia deponatur, timeo, ne sit ventura dies, quo medicina paulatim rustica aratra subeat: ad quod erudictum sanè principium non parum contribuet antiquissimę Hippocraticę medicinę supplantatio, & prædecessorum nostrorum memorandæ doctrinæ deformatio. Deo sic permittente.

Tandem lapidi aquam superfundunt, quæ tandiù reliquitur donèc amarescat, quod fit breuissimo temporis spatio, præsertim quandò lapis recens est, nam si aliquoties anteà fuerit ablutus, tunc longiore tempore in aqua macerari debet, quam ablutionem posteà ægrotis propinant; cuius sapor est amarus & virtus calefaciens.

Hinc

a Hinc ioco ridens Zacutus: intensis feribus *inquit* dari consultum non est, nàm impensè calefacit, inflammat, sitim prouocat, etiamsi cardiacis frigidis permisceatur, prouocat tandem sudorem (post multas nimirum angustias) & deobstruit ob amarorem hactenus Zacutus. Id sona, anguem sc: in herba latere, nam impensè calfacere, inflammare, sitim prouocare, sunt acidentia propria in malignis (ità dictis) quæ si proueniunt à potata ablutione lapidis, vt testantur Zacutus, longe abest, vt ea tollat sicut promittunt domini Decani cum eorum collegis.

Sed videamus Dioscoridem, qui easdem vires animalium felli adscribit, quas summi nostri Doctores sui lapidis ablutioni, inquit enim fel esse amarum, acre, &c. calefaciens: adeòque ablutio lapidis amarescit ex felle, quià cum felle easdem habet vires, Dioscoride teste. Sed Magnatibus propinare hanc ablutionem volumus in malignis & periculosis morbis, aiunt domini Decani cum socijs: quare: Quia magno emitur pretio: Ergò &c. Vah: delirans societas magna tumque detrimentum! Quod autem à felle amarescat, probat festina ablutio vt supra dixi: ideòque si propter simplicem amaritudinem lapis hic aperitiuus foret con-

a *Zacuti s iocus.*

cedendum pariter necessariò esset, plus deobstruere posse vnicam guttulam ex felle vilissimi pisciculi desūptam quam lapilli huius decem ablutiones; eò quòd omnium fel acre, & calefaciens existat Dioscoride teste. Vid. etiam Hip. Chim. cap. 14.

Dementiæ autem simile est opinari hunc lapidem in felle talem nasci, & non ab illo saporem amarum contraxisse. Sapo coquitur ex alcali, & oleo, fitque corpus salsi saporis, & albicans, quià peregrini nil intrat: cui si addatur inter coquendum succus betę, colorem acquirit viridem, cui succo si pariter adderetur fel, saponem quoque ammarescere, necesse esset.

Sic lapides renum ruffi sunt coloris propter sanguinem, qui ex venis ratione acidi morbosi paulatim eò transudat, & coagulum intrans lapides tingit: Lapis vesicæ albicat propter mucilaginem in vesica repertam. Et lapis histricis in felle natus non debebit amarum sortiri à felle saporem? Neque vim calefacientem ab illo trahere? Quid tandem? Trahitne morbi causam, vt magnes ferrum solo odore? Videamus igitur quomodò id contingat.

a Magnetem trahere ferrum solo odore fatendum est, quod probat distantia per quam trahit. Ferri humidum radicale,

a Manes lapis.

cale, vel acidum naturale cum valdè fragile ſit, ſpontè exalat, vt ex Hippoc. oſtendit Hippoc. Chim. cap. 19. Niſi enim ferri acidum huiuſmodi eſſet, ab animalium ſtomacho iugulari non poſſet, & per conſequens eius limatura per os aſſumpta nil prodeſſet. Mater ferri eſt magnes, quę filij odorem percipit, quià amat, cuius odore cum ſufficienter ſaturata non ſit, ea de cauſa ferrum trahit & allicit; ſicut de alcalibus, & matribus rerum ſuprà oſtendi. *a* Rubigo autem, vel crocus martis, licet etiam ſit filius magnetis, ab illo tamen negligitur, quià ab eo anima, vel acidum expirauit, & ob id eius odorem mater non percipit: hinc ab Horatio ſterilis rubigo appellatur. Quò autem iunior magnes, eò fortiùs & alacrius trahit, non tamen idem facit eius ablutio: Quemadmodum autem magnetis ablutio non trahit ferrum: ſic quoquè hiſtricis lapidis ablutio non trahit morbi cauſam, licet etiam cuiuſdam innominatæ hactenus morbificæ cauſę mater eſſet.

Quicquid è longinquo trahit, vt magnes ferrum, trahit amoris gratia & ſemper ſibi ſimile trahit, & ſicut alcali vegetabile rapit alcali calcis pro ſapone conficiendo (hæc enim eſt vera, & ſui ſimilis tractio) ſic vidimus trahi aurum (atque planè diſſolui, ac mori, mori inquam

H 5 quià

a *Rubigo ſterilis.*

quia cadauer olebat) à matre alcali quæ est Alberti Magni magnes aurum trahens (quæ verba Doctus quidam stultus litterali sensu accipit, atque indicendi iocum vertit) sic enim loquitur Bernardus quarta parte sui libelli, fons est illi sicut mater illa trahit Regem, & non Rex ipsam. Hoc voluit Paracelsus quando dixit, magnetem in oleo martis (id est aurum in alcali metallico fortissimo, & potentissimo suo simili resolui, tuncque acquirere decuplo maiorem virtutem (extinctum virtute in decuplo augeri. *a* Nisi enim rerum consensus & amor naturalis rerum inesset, natura subsistere non posset, vel si aliquandiù cessaret, vniuersa natura breui temporis interuallo omnimodam pateretur ruinam: solis enim filius in parua quantitate relinqueretur, neque cresceret, neque multiplicaretur. Non ergò in natura discordia viget, aut lis, vt quamplurimi sunt arbitrati, sed quicquid fit, amore fit: natura enim ex suo instituto maximè desiderat, appetitque esse in profundo corporis elementati, in quo operatur, illius calorem naturalem, vimque sementificam confirmando, quia est peruia omnibus corporibus, vt docet excelsis ingenij Raimundus: quam doctrinam, & naturalem amoris tractionem sequen-

a *Oleum martis quid sil.*

sequenti mechanica in metallico exemplo (cum in metallis versemur) ostendam, vt pateat naturam in omni re similem esse.

Sit vnica argenti soluti ob aqua forti, hanc solutionem coagula in salinum puluerem, quem super plumbum liquefa-ctum in igne quidem & non admodum calens, neque planè frigefactum proijce: & spatio octauæ partis horæ acidum sal aquæ fortis deserit argentum, & rodit tantam quantitatem plumbi, quantam argenti perdidit, id est vnciam: reliqua plumbi pars, quia alcali metallici vices gerit in artificialibus, trahit, & exsatiatur argento, quod probatoria cupella in lucem redit. Hanc mechanicam quam plurimi viri docti admirati sunt: nam ex plumbo traxerunt vnciam argenti, & puluerem inuenerunt eadem forma, & pondere sicut proiecere: vndè hæserunt in opinione, esse illum eundem puluerem argenti, quem proiecerunt, ex quo lucrarentur plurimum dummodò pulueris in corpus refundendi modus inueniri posset. Sed sicut magnes trahit ferrum, sic quoque saturnus (alcali in artificialibus) trahit lunam: & cum sitiens sal aquę fortis aqueo humido carens solum esse non possit, trahit tantum plumbi, quantum argenti perdidit. Hę & similes tractiones, quas tàm in Hippocrate Chimico quam hoc in libello illustribus e-

xemplis profecutus fum, fuerunt forfam dudùm explofæ, quià non intellectæ *a* Pytagoreorum metampfychofes.

Hoc ex fundamento quoque trahit lapillus ille nouiter detectus ferpentis capillati, quem Kircherus defcribit in libello, cuius, titulus: Regnum naturę magneticum, Cuius lapilli copiam nos quoque habemus, & applicauimus rabidi canis morfui, cui fortiter adhæfit per 18. horas circiter; & alij puellæ à rabido vulneratę per 7. dies & noctes, nõ autẽ huius lapilli ablutio id præftitiffet: quantumlibet agni chordiani hæfitanter balent. Sed ficut magnes ex omnibus mundi rebus, & metallis nil aliud trahit, quàm ferrum, eiufque fpiritu delectatur (rubiginem negligit): & petra ferpentis capillati gaudet, & trahit veneni odorem inflictum à venenofo morfu, non autem arfenicum, napellum, neque aliud virus, fic quoque iafpis trahit fpiritum exoticum, qui impetum facit in humanos fanguine; vidimus aliquoties oculos fanguine fuffufos *b* iafpide ceruici alligato fequenti mane priftino fplendori reftitutos. Sed ficut ablutio magnetis non trahit ferrum: neque ablutio lapilli ferpentis venenum: neque ablutio iafpidis ex fanguine impetum facientem fpiritum, fic neque lapidis hiftricis ablutio trahet quicquam

a *Metampfychofis*. b *Iafpis*.

quam malignis ex humanis corporibus. Docente id Galeno, primo de naturalibus facultatibus cap. 14. Quæcunque *inquit*: vel serpentum venena, vel tela educunt, hæc quoque eandem, quam magnes lapis, facultatem ostendere, sed magnetis ablutio huiusmodi facultatem non ostendit: neque igitur ablutio lapidis histricis. Somnia ergò sunt & aniles fabulæ, quas somniatores magnatibus imponere satagunt quibus multò magis, vt & medicinæ facultati expediret, vt hi ligone potius philosopharentur; vt de quodam, qui agrum erat fossurus, Lucianus ridet.

Dixi magnetem ferrum è dissito loco sentire, & solo odore trahere, dummodò ex natali loco erutus sit; aliàs nimirum vbi nascitur, nil trahit, quià odor ferri ibi in loco natali non deest. Elba insula magnetis lapidis ferax, nunquam tamen auditum, nec visum est, quod naues transeuntes incommodet, ne acum quidem nauticam, eò quòd mater magnes ibidem spiritu ferri saturata sit: *a* Sic quoquè lapis serpentis capillati saturatus odore veneni, quod traxit ex rabido morsu, vltra mensuram non capit; reliquum negligit, sponteque à vulnere cadit. Habet ergò hic lapis iuxta mentem Galeni cum magnete trahendi facultatem: sed eiusmodi

in

a *Lapis serpentis*.

in lapide porcino non reperitur: adeòque inquit Galenus, excluditur à magnetica virtute. Patet ergò, quicquid de huius petræ ablutione contra Magnatum periculosos morbos excogitatur, extra cerebrum loquaculorum cadere in merum nihil, & tenebrosam ignorantię chimeram.

Cùm verò puluere tenus propinaretur, tunc procul dubio aliorum lapidum instar traheret acidum quoddam suę naturę proprium; sicut oculi cancrorum trahunt acidum illud, quod vulnus putrefacit: lapis spongię acidum, quod strumas coagulat: lapis percarum acidum vrinæ in stranguria: lapis Bezoar acidum lypothimicum circa cor obortum: lapis ostiocollę acidum, quod ossis conglutiuationem impedit &c. Omnia dicta specificè morbosa acida bibunt; sic quoque, lapis histricis suum quoque specificum acidum combiberet per os assumptus: quod tamen hactenus à nemine approbatorum descriptum fuit.

a Quid autem sit specificum istud morborum acidum, de quo dixi, verbis explicari nequit, vt testatur Doctor meus de veteri medicina, qui postquam morborum causam acidam, acidissimam, demonstrauit, *pergit* in hęc verba. Nullum autem est quod oculis conspicienti vide-

a *Morborum causa acida*.

videre, ac cognoſcere contingit; quapropter etiam obſcura mihi appellata ſunt, non tamen quo obſcura permaneant, & nos vincant: ſed cum multo labore, & non modico tempore prę oculis videntur, & cognoſcuntur. Quęcunque enim oculorum conſpectum effugiunt, ea mentis oculis (ſc: noſtrorum) obtinentur, & ſuperantur. Hactenus Hip. Id ſonat, vt à notis ad ignota paulatim aſcendere debeamus vt Hip. Chim. docet, qui ab artificialibus ad naturę humanę fabricam gradatim procedit: nam ſicut oſtendi, quod acidum ferri quanquam ſenſu vix percipiatur, & iſtud acidum nullibi reperiatur, quam in ferro, quià eſt ſingularis ſpeciei, magnes tamen ſentit, illudque trahit etiam à longè diſtans ſic quoque ſunt in corpore humano plurima, & infinita acida, quorum quędam fiunt per degenerationem morboſæ cauſæ, quæ non ab alijs niſi ſuis, & proprijs magnetibus percipiuntur, & attrahuntur: vt acidum morboſum in ſplenè à nulla alia re attrahitur, quàm à ferri rubigine: acidum morboſum generans ſtrumas à nullo alio (quod ſciam) quam à ſpongiarum lapide ſentitur, & attrahitur &c. poſſuntque vocari magnetes, quià dictos ſpiritus ſentiunt, & ad ſe trahunt ſicut magnes ferrum; & niſi dicti acidi ſpiritus in promptu, & ſuis magnetibus odori eſſent, ab his non traherentur ne-

que

que absorberentur. Sic Aurum nostris sensibus inodorum est, à suo magnete tamen vel matre percipitur à longè, illa enim trahit Regem, teste Bernardo, & non Rex ipsam.

a Occasione occultorum odorum opportune hic mihi fiunt obuij odores rerum manifesti; & sicut priores ab acido ostendi, sic quoque hos ab acido, vel calido cęlesti prouenire, mechanicè demonstrabo; quiescunt ità que odores nisi moueantur: mouentur autem, quam primum inodoram rem agit humidum radicale proprium vel consentaneum, & odor illicò longè latèque spargitur magnis, vel minus teter vel suauis iuxtà calidi innati seminalem virtutem. Quod paradoxon priusquam progrediar, viuis exemplis ex naturæ officinis desumptis ostendam.

Calx per se inodora est, sed cum dissoluitur in aqua simplici, murique construuntur, agit acidum in alcali, & vice versa; hæc commotio, & actio spargit odorem humanæ naturæ inimicum, & ideo priusquam habitari possit domus nouiter constructa, oportet ad minus prætereat integer annus, quo tempore elapso cessat actio humidi in acidum.

Hordeum quoque per se odoris fere nullius, cum verò eius farina excocta fermentatur pro cereuisia, id est quandò

a *Rerum odor.*

dò constitutiua incipiunt agere in inuicem, spirat odorem inebriantem, qui licet non sit grauis, mentem tamen ità perturbat, vt reminiscentiam peruertat.

Vua parum habet odoris, sed succus expressus sub actione fermentationis odorem longè spirat, vt & panis sub fermentationis actione id est, quandò humidum agit in calidum vel acidum in alcali.

Ipsi acidularum fontes, cum adhuc ebulliunt, spirant odorem gratissimum in natali loco, quià ipsum agens est acidum cæleste naturæ humanæ amicum.

Sic quoquè acetum cum rodit quicquam Verbi Gratia coralia potentius olet, quàm cum in quiete stat &c.

a Ambra pinguis, & ignauissimi odoris, vix dicere audes quid verè spiret, quià calidum id est, eius acidum est minima pars respectu radicalis humidi vel alcali: cum vero pinguedine odorata, & conuenient, verbi gratia Zibeto (quodquò purius & sincerius eò quoque acutiorem, & ingratiorem spirat odorem) per solutionem iusta proportione acuitur tunc ignauum ambræ calidum à *b* Zibeto excitatum incipit agere in humidum, & excitatur ab illa actione odor suauissimus: vt per exemplum. Ambræ grana decem, Zibeti grana tria in mortariolo contere, & ambra statim colliquescit, cui

---

a *Ambra*. b *Zibetum*.

cui instilla pro augendo acido guttulam vnam vel alteram succi limoniorum, & sanè vnguentum condies admirabilis suauitatis, quod pellibus affrictum incredibilem spirat odorem.

a Sic moschum quò purius, & simplicius, vehementer quidem, sed male, aut certè non benè suauiterque olet; cum verò dissoluitur cum nonnullis guttis spiritus rosarum ardentis, quem acidum ostendi, mirum tibi dabit fragrantem odorem: cuius moschi sic soluti tria grana si supra dictæ solutioni ambræ Zibetique iunxeris, suauius odoramentum egrè reperies: & sicut ostendimus grauem odorem calcis, cereuisiæ &c. multis hominibus esse nocuum: sic quoque suauem hunc quamplurimis tàm viris, quàm feminis pariter dicimus esse inimicum, illumque planè perferre non posse præsertim vterinis motibus, pulmonumque affectibus laborantes, quos omnes morbos ex acido prouenire docuit Hippoc. de veteri medicina cum ergò odor licet suauis per nares ad vterum pertingat, illicò excitatur dormiens illud acidum morbosum in vtero ratione fermenti, simile enim in simile facilem habet ingressum, vt ignis in ignem: sicut videre licet in exsuflata candela, cuius fumus pinguis facile flammam concipit, cum nil aliud sit, quàm

a *Moschum*.

quàm fumus accensus: sic quoque morbi vterini facilimè ab odoribus, qui fermentabiles sunt, *a* excitantur & accenduntur, quę fermentatio in vtero ab odoribus, qui excitatis præualeant, rursus superari potest: Quemadmodum magna flamma superat minorem, illamque extinguit, vel lux minor à maiore superatur, sicut de acidis mineralibus, quę vegetabilium superant, & hęc rursus animalium supprimunt, supra illustribus exemplis demonstraui: sic quoquè morbi vterini ab odore suaueolente excitati fermentari, ebulireque incipiunt magno impetu, qui à graueolente rursus supprimuntur, & planè iugulantur. In praxi medica notatur, quod matrix ex sua natura ad suaueolentia sursum conuellatur, vel deorsum si idem suaueolens subtus indatur. Si ergò sursum eleuetur, atque eius capacitas flatulentis, vaporibus in ea excitatis infletur & distendatur, tunc diaphragma coarctatur quod à multo flatu compressum respirationem vocemque intercipit, ità vt misera morte videatur perempta, tunc pro medela ex cubiculo omnia suauiter spirantia efferuntur (ne scil: eorum odor ad nares ęgrotę defferatur) & vuluę matricis admouentur, vt suauitate odoris matrix deorsum redeat (mirum enim, est quantùm

a. *Morbi vterini*.

Hippocra. de diȩta cum ex Pytagorica ſcola *inquit;* ſi quis non credit animam animȩ admiſceri demens eſt.

Roſȩ odor multis gratiſſimus, multis quoque pernitioſus, hinc roſa à Plinio vocatur anguſti odoris libr. 21. cap. 41. Noui honeſtum ciuem huius Regiæ, cui, quotieſcunque roſarum ſentit vel à longinquo odorem, non ſolum pectus conſtringitur, ſed per multos dies coryza vexatur.

a Roſaceus ſyrupus ſolutiuus inconſideratè per os aſſumptus, quoties ſuſcitauit ſyncopes, & animi deliquia? prȩſertim in mulieribus ijs, quarum nares odores facilè ferunt, ſed earum intus contremiſcunt viſcera, vt notarunt practici.

Sunt qui ſelenum non digerunt, ſunt quoque qui aromata concoquere nequeunt, ſed continua eructatione concoctioni reluctantur: quæ omnia Doctor meus ſapientiſſimus animaduertens, admonet illos, qui medicinam tractant Aphoriſ. 28. ſect. 5. hoc modo: *ſuffitus Aromatum muliebria ducit, ſæpius verò & ad alia vtilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem*: vbi notandum ex Collumella lib. 12. cap. 20. 4 Odores & aromata pro eodem accepiſſe. Quarè Lucret: de ſe ipſo, varios, inquit, rerum ſentimus odores, nec tamen ad nares venientes cernimus vnquam lib. 1. 60.

---

a *Syrupus Roſatus.*

1.60. Hęc omnia comprehendens lib. de victus ratione emunctissimę naris Galenus noster ità concludit; *odores prosunt*, *& obsunt*: quam Galeni sententiam in vterinis affectibus paulò antè ad amussim ostendi non veràm tantum imò verissimam esse testante fęmineo sexu. Odor enim fermentabilis, quem omnia aromata spirant, & qui fermentatione multiplicatur, pluribus abest: & contra odor alcalizatus, & qui ex accensis animalium partibus excitatur, quià fermentorum destructiuus pluribus, prodest, vt quotidianus vsus, & experientia docent. Adeòque odor quilibet distinguendus est, & in suas classes redigendus. Hoc est, quod voluit Hippoc: de virginum morbis Non enim possibile est *inquit*; morborum naturam cognoscere (siquidem artis est inuenire) nisi quis nouerit naturam in indiuisibili, ex qua in principio discreti sunt.

His omnibus consideratis patet, quarè veneranda antiquitas nobis prę̨scripsit prò debili, & languido ventriculo compositum illud medicamentum inodorum, vt omni indiuiduo vsui esse posset, cuius titulus, *a* syrupus de absinthio. Hic quia ex simplicibus vt absinthio pontico saporis aromatici, & adstringentis, rosa spica indica, odoratissimis, vino veteri, suc-

a *Syrupus de absintio*.

ſucco cydoniorum pariter adſtringente, & ſacharo conflatur, iuſſerunt ideò coqui hęc omnia in fictili vaſe aperto, vt vini veteris ſpiritus volatilis ſecum auferat odores aromaticos, tam ſpicę, quàm abſinthij, roſarumq; & ſic odores per quàm plurimis (verba Hippoc: Chimic: cap. 30. aut non intellecta aut ex malignitate mutata) ſe perferre non ſufficientibus Galeni ſuaſu minimè nocumento ſint, & ſyrupus eorum debili ſtomacho non odorato ſpiritu vini, ſed modeſtè adſtringenti facultate ſuccurrat, hęcque eſt cauſa quarè iuuentus fuerit (vt teſtatur textus) huiuſmodi ſyrupus. Vndè elucet ratio, & prędeceſſorum obſeruatio diligens in medicamentis componendis, quarè ſc: hunc ſyrupum inodorum eſſe inſtituerint. Videantur hac de re Quercetani Tetras, & practici omnes, & apparebit rei veritas, quę, quanto magis ab oſoribus pręmitur, tanto glorioſior triumphat, & mendacia pedibus conculcat. Non enim ſufficit veterum memorandas obſeruationes longo ſtudio multis vigilijs lucubrationibuſque fideliter adnotatas, nobiſque relictas ex mera inſcitia condemnare, & inuſitata vociferatione ſine fundamento, & cauſa incognita reformare, & inſuper per eorum veſtigia incedentes dicterijs, atque calumnijs infamare, ſed oportet ſi non auctoritate, & experien tia ſaltem ratione co ntrarium

de-

demonstrare, aliàs omnes ridiculę & ineptissimę approbationes, vnà cum absonis clamoribus à sapientibus atque intelligentibus non solum vt falsę vanęque, agnoscuntur, & ad earum originem velocissimè remittuntur; sed insuper à vulgo inter futilia sordidaque commenta, summasque leuitates numerabuntur, vt sunt, nullibi enim legitur neque in nouorum naturę interpretum scriptis, eos docuisse acetum distillatum esse laudatissimum veneris spiritum & tanquam alkahest: toxicum cupri aceto extractum esse epilepticum vel hystericum remedium: aquam elementalem esse sal tartari volatile, & prostratis ęgris panaceam: aut coralia, quę tam à sapientibus quàm idiotis inter gemmas recensetur, & habentur, corrosiuę communi calci ęquiparasse, atque inutilia proclamasse: aut acetum ex farina distillatum, pro spiritu salis armoniaci acido venditasse: vel minium posse aerem in ponderosum corpus condensare, aliaque sexcentas huiusmodi falsitates generi humano exitiosas phrænaticorum delirijs absurdiores, quę sine tędio citra bonorum morum corruptionem vix leguntur: hęc inquam, & his similia veteres nostri non docuerunt, & tamen, quanquam falsissima experientia, ratione, & auctoritate deprehendantur in medicinę, & generis humani detrimentum, à dictis nostris magnificis appro-

approbantur, atque acclamantur. Vnde excandescens Aristoteles. Calamum in mente priusquàm in attramento tingere sciolos iubet, nè dato vno inconuenienti sequantur innumerabiles falsæ conclusiones, sicut maximo, cum damno experiuntur non solum antiquissimæ veritatis studiosi, sed insuper ipsa medicina, & quod magis dolendum, ipsi ęgri, vt manifeste apparet in syrupo de Absinthio, quem veteres sine odore, & adstingentem pro omni nimirum indiuiduo instituerunt, vt ex rationibus paulò ante dictis, atque experientia ostensis liquidò constat: hunc tamen contra instituta, & medendi præcepta; imò contra naturæ ordinem cum spiritu vini aromatizato, odoratissimoque commiscent, atque propinant, hac nimirum falsa vanaque opinione; quod nimirum *odores*, *omnibus*, *tam viris*, *quam fœminis indifferenter conueniant*. Sed qua vtilitate, & fructu docent practici, & iudicabunt ij, qui humanum habent in pectore spiritum, fæminiumque sexum vterinis motibus affectum aliquando conspexerint. In scriptore quidem & mancipiorum negotiatore fateor, hunc errorem tollerabilem esse, simplicique correctione opus fuisse, sed in hominibus nimis alta sapientibus, vt sunt decani electi cum socijs, qui artem alios docere ostentant, communem verò & Galeni tritam medendi methodum

non intelligunt vt ostendi, deplorabile, facinus est, minimeque conniuendum: si enim veteres (quos insultant) Absintiten, & cydoniten inuenire potuerunt, vt apud Dioscoridem, quæ difficultas illis fuisset, addere spicam odoratissimam, atque rosam, si odor & vinosus spiritus in hoc composito vtilia fuissent? Apparet exindè quod optimè nouerint quàtum distent aere à lupinis, quæque oleant alium haram, suem capramque commixtam. Admiratus aliquandò sum non tantum Hippocratem, qui ea solũmodò, quæ plebeis nota essent, dicere decreuit: sed Arnaldum Hollandum, & aliosquam plurimos, quod antiquissima artis fundamenta adeò strictè occulerint, imò olim solũmodò inter Æsculapij familiã exercebatur: verum cessat admiratio, dum videam nunc, veritatem ab ijs, qui illam in proximi salutem extollere tenerentur, non delectu doctrinæ, aut scientiæ, sed impetu stolidaque temeritate priusquam rei causa intelligatur, iudicari, damnari, & abijci, vt toto hoc scripto à capite ad calcem vsque diffusè admodum, non opinione tantum hariolorum more, sed clarissimis rationibus, auctoritate, opere, & experientia demonstraui; proindè huiusmodi putatijs, insipidique doctores ex theatro sapientiæ sibilo per quam maximo vna cum eorum emendicatis ineptissimisque receptulis malè intel-

intellectis falsissimè approbatis ad ignauos suos socios eijciendi, & aquam primùm explodendi sunt, vt antiquissima Hippocratica vera medicina omnium artium nobilissima, è vulgi contemptu exire, & paulatim in pretio haberi atque resurgere possit.

a Accipite ergò curiosi lectores antiquam veritatem amantes CLAVEM, quà vetustissimam Hippocraticæ Medicinæ arculam aptissimè aperire, & explicare potestis, quam vobis nunc animo æquo, atque fideli offero. Ignaui autem doctores, qui vlcerosa, & reformata sua doctrina naturæ ordinem euertere, & Hippocraticæ Medicinæ progressum in proximi detrimentum impedire tentant; procul à veritatis luce in densissimis tenebris versantur; qui cum proprijs viribus emergere nequeant, prędecessorum famam, & ipsa naturæ opera contumeliosè dilacerare, & contemnere student, vt apud sui similes nomen & gloriolam temporis captent. Mirum dictu! vsquè adeò percrebuisse vesanam hanc maledicendi libidinem (cuius occasione maiori lumine fulget inconcussa antiquorum sapientia, & nobilissimæ Hipp. Medicinę fundamentalis veritas & excellentia) vt postposito decore temerè auferint contra mentem

a *conclusio*.

Hippoc. & Galeni imò contra ipsam veritatem, experientiam, atque eius gentium petulanter insurgere, & aperte in perpetuum crimen miserrimas fatuitates, falsaque recepta in posteritatis, & proximi detrimentum extollere, subscribere, & approbare. Ponderet itaquè incontaminatus, lector æqua lance, & moderato animo antiquissimam hanc veritatis doctrinam, & veterum nostrorum firmissima fundamenta, quæ in Hippoc. Chim. & in hoc comentariolo, iuxta eorum sententiam iacta & stabilita sunt, & iustam quin ferat sententiam, non dubito: ex ijsdem enim fontibus omnia experimenta deprompta intelliget, ex quibus veneranda antiquitas, & recentiores additorum naturæ interpretes ea deduxerunt, minimeque fallacia esse deprehendet: imò reperiet causarum inter se necessarias connexiones, alias ex alijs, vltima à primis, infima à supremis, maiora à minoribus, minora à maioribus, debilia à potentibus doctissimo naturæ ordine inuicem dependentia, & mutua commutatione, digestione, & fermentatione augeri, conseruari, interire, & rursus coram oculis nostris in entia noua resurgere, vt Hip: de diæta. *a* Et sicut in macrocosmo talia infallibiliter esse mechanicè ostendi: sic

a Hermes in scedula.

ſic quoque in microcoſmo eiuſmodi eſſe debere omnibus experimentorum indicijs iuſta ratione ex veterum ſententia concluſi. Ideòque hac methodo fieri morbos, & eadem methodo depelli, cum ars imitetur naturam, & hæc rurſus artem Hippoc: nos docuit: cuius antiquiſſimam doctrinam IGNE & AQVA firmiſſimis principijs ſuffultam contra omnem iniquam inuaſionem, dum ſpiro, ſolus defendere confido, eò quod pro hac re obtinenda non indigeo ſicut Nobiliſſimæ Medicinæ deſtructores meretricum more multis blandientibus procis. Styli autem inelegantiam ſi quis accuſet, bilem neutiquam mouebit. Itaque permitto vnicuique ignoranti, vt ganniat, oblatret, vociferetque, non enim formido crabronum ſtrepitus, qui magnitudine, & multitudine quidem horribiles ſunt, aculeis tamen deſtituuntur, & pro viribus, quantum velint, & queant, nitantur victoriam nunquam aſſequentur. *a* Cæterum illud te Atratine admonitum volo primum quali es, talem te eſſe exiſtimes, vt quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate ſeiungas, deindè vt ea in alterum ne dicas, quę cum à te falsò reſponſa ſint, erubeſcas. *b* Noui equidem clypeum (ſine iactantia dico) dextra,

I 3 leua-

a *Ciceso*. b *Horat*.

tùm vterus oblectetur, & quam auidè se conuertat ad suaueolentia) & naribus applicantur odoramenta, quę suauem attractum superare, vel prorsus iugulare vehementia possint, (sicut de acidis liquoribus paulò antè ostendi) vt assa fętida, castoreum, oppoponax, sagapenum, oleum petrę, tartari distillatum, & similia. Vel quę naribus hausta intus suaue fermentans acidum suo contrario mortificare possint, & hęc sunt *a* alcalia volatilia suau-acidos vterinos odores absorbentia, vt verbi gratia fumus acensarum rerum ex animalium familia, quę acensę nil nisi alcali volatile acidorum consumptiuum, & destrutiuum spirant: eligunt autem mulieres magis superstitione, quam ratione ductę pennas perdicum, & cornua caprina (fortassis quià desumpta ex salacioribus) pilos, corium calceamentorum veterum, vel matulę corruptę vrinam, omnia alcali volatile spirantia, quę ostendi acidis fermentationibus esse contraria, & destructiua, quorum odorum minima parte naribus attracta, statim ęgra respirat, melius se protinus habet, quià vterinum fermentum cohibetur suo contrario: fermentabilis enim odor sicuti suo simili facilime commiscetur, & ebullit, ità dissimili ab ebullitione cessat: id voluit tùnc

Hip-

a *Alcalia volatilia.*

Hippocra. de dięta cum ex Pytagorica scola *inquit*; si quis non credit animam animę admisceri demens est.

Rosę odor multis gratissimus, multis quoque perniciosus, hinc rosa à Plinio vocatur angusti odoris lib. 21. cap. 41. Noui honestum ciuem huius Regiæ, cui, quotiescunque rosarum sentit vel à longinquo odorem, non solum pectus constringitur, sed per multos dies coryza vexatur.

a Rosaceus syrupus solutiuus inconsideratè per os assumptus, quoties suscitauit syncopes, & animi deliquia? pręsertim in mulieribus ijs, quarum nares odores facilè ferunt, sed earum intus contremiscunt viscera, vt notarunt practici.

Sunt qui selenum non digerunt, sunt quoque qui aromata concoquere nequeunt, sed continua eructatione concoctioni reluctantur: quæ omnia Doctor meus sapientissimus animaduertens, admonet illos, qui medicinam tractant Aphoris. 28. sect. 5. hoc modo: *suffitus Aromatum muliebria ducit, sæpius verò & ad alia vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem*: vbi notandum ex Collumella lib. 12. cap. 20. 4. Odores & aromata pro eodem accepisse. Quarè Lucret: de se ipso, varios, inquit, rerum sentimus odores, nec tamen ad nares venientes cernimus vnquam lib. 1. 60.

---

a *Syrupus Rosatus*.

1.60. Hęc omnia comprehendens lib. de victus ratione emunctissimę naris Galenus noster ità concludit; *odores profunt, & obsunt*: quam Galeni sententiam in vterinis affectibus paulò antè ad amussim ostendi non veràm tantum imò verissimam esse testante fęmineo sexu. Odor enim fermentabilis, quem omnia aromata spirant, & qui fermentatione multiplicatur, pluribus abest: & contra odor alcalizatus, & qui ex accensis animalium partibus excitatur, quià fermentorum destructiuus pluribus, prodest, vt quotidianus vsus, & experientia docent. Adeòque odor quilibet distinguendus est, & in suas classes redigendus. Hoc est, quod voluit Hippoc: de virginum morbis Non enim possibile est *inquit*; morborum naturam cognoscere (siquidem artis est inuenire) nisi quis nouerit naturam in indiuisibili, ex qua in principio discreti sunt.

His omnibus consideratis patet, quarè veneranda antiquitas nobis prescripsit prò debili, & languido ventriculo compositum illud medicamentum inodorum, vt omni indiuiduo vsui esse posset, cuius titulus, *a* syrupus de absinthio. Hic quia ex simplicibus vt absinthio pontico saporis aromatici, & adstringentis, rosa spica indica, odoratissimis, vino veteri, suc-

a *Syrupus de absintio*.

ſucco cydoniorum pariter adſtringente, & ſacharo conflatur, iuſſerunt ideò coqui hęc omnia in fictili vaſe aperto, vt vini veteris ſpiritus volatilis ſecum auferat odores aromaticos, tam ſpicę, quàm abſinthij, roſarumq; & ſic odores per quàm plurimis (verba Hippoc: Chimic: cap. 30. aut non intellecta aut ex malignitate mutata) ſe perferre non ſufficientibus Galeni ſuaſu minimè nocumento ſint, & ſyrupus eorum debili ſtomacho non odorato ſpiritu vini, ſed modeſtè adſtringenti facultate ſuccurrat, hęcque eſt cauſa quarè iuuentus fuerit (vt teſtatur textus) huiuſmodi ſyrupus. Vndè elucet ratio, & prędeceſſorum obſeruatio diligens in medicamentis componendis, quarè ſc: hunc ſyrupum inodorum eſſe inſtituerint. Videantur hac de re Quercetani Tetras, & practici omnes, & apparebit rei veritas, quę, quanto magis ab oſoribus pręmitur, tanto glorioſior triumphat, & mendacia pedibus conculcat. Non enim ſufficit veterum memorandas obſeruationes longo ſtudio multis vigilijs lucubrationibuſque fideliter adnotatas, nobiſque relictas ex mera inſcitia condemnare, & inuſitata vociferatione ſine fundamento, & cauſa incognita reformare, & inſuper per eorum veſtigia incedentes dicterijs, atque calumnijs infamare, ſed oportet ſi non auctoritate, & experien tia ſaltem ratione co ntrarium

de-

demonſtrare, aliàs omnes ridiculę & ineptiſſimę approbationes, vnà cum abſonis clamoribus à ſapientibus atque intelligentibus non ſolum vt falſę vanęque agnoſcuntur, & ad earum originem velociſſimè remittuntur; ſed inſuper à vulgo inter futilia ſordidaque commenta, ſummaſque leuitates numerabuntur, vt ſunt, nullibi enim legitur neque in nouorum naturę interpretum ſcriptis, eos docuiſſe acetum diſtillatum eſſe laudatiſſimum veneris ſpiritum & tanquam alkaheſt: toxicum cupri aceto extractum eſſe epilepticum vel hyſtericum remedium: aquam elementalem eſſe ſal tartari volatile, & proſtratis ęgris panaceam: aut coralia, quę tam à ſapientibus quàm idiotis inter gemmas recenſetur, & habentur, corroſiuę communi calci ęquiparaſſe, atque inutilia proclamaſſe: aut acetum ex farina diſtillatum, pro ſpiritu ſalis armoniaci acido venditaſſe: vel minium poſſe aerem in ponderoſum corpus condenſare, aliaque ſexcentas huiuſmodi falſitates generi humano exitioſas phrænetic orum delirijs abſurdiores, quę ſine tędio citra bonorum morum corruptionem vix leguntur: hęc inquam, & his ſimilia veteres noſtri non docuerunt, & tamen, quanquam falſiſſima experientia, ratione, & auctoritate depręhendantur in medicinę, & generis humani detrimentum, à dictis noſtris magnificis

appro-

approbantur, atque acclamantur. Vndè excandescens Aristoteles. Calamum in mente priusquàm in attramento tingere sciolos iubet, nè dato vno inconuenienti sequantur innumerabiles falsæ conclusiones, sicut maximo, cum damno experiuntur non solum antiquissimæ veritatis studiosi, sed insuper ipsa medicina, & quod magis dolendum, ipsi ęgri, vt manifeste apparet in syrupo de Absinthio, quem veteres sine odore, & adstingentem pro omni nimirum indiuiduo instituerunt, vt ex rationibus paulò ante dictis, atque experientia ostensis liquidò constat: hunc tamen contra instituta, & medendi præcepta, imò contra naturæ ordinem cum spiritu vini aromatizato, odoratissimoque commiscent, atque propinant, hac nimirum falsa vanaque opinione; quod nimirum *odores, omnibus, tam viris, quam fœminis indifferenter conueniant*. Sed qua vtilitate, & fructu docent practici, & iudicabunt ij, qui humanum habent in pectore spiritum, fœminiumque sexum vterinis motibus affectum aliquando conspexerint. In scriptore quidem & mancipiorum negotiatore fateor, hunc errorem tollerabilem esse, simplicique correctione opus fuisse, sed in hominibus nimis alta sapientibus, vt sunt decani electi cnm socijs, qui artem alios docere ostentant, communem verò & Galeni tritam medendi methodum

non intelligunt vt ostendi, deplorabile, facinus est, minimeque conniuendum: si enim veteres (quos insultant) Absintiten, & cydoniten inuenire potuerunt, vt apud Dioscoridem, quæ difficultas illis fuisset, addere spicam odoratissimam, atque rosam, si odor & vinosus spiritus in hoc composito vtilia fuissent? Apparet exindè quod optimè nouerint quàtum distent aere à lupinis, quæque oleant alium haram, suem capramque commixtam. Admiratus aliquandò sum non tantum Hippocratem, qui ea solũmodò, quæ plebeis nota essent, dicere decreuit: sed Arnaldum Hollandum, & aliòs quam plurimos, quod antiquissima artis fundamenta adeò strictè occulerint, imò olim solũmodò inter Æsculapij familiã exercebatur: verum cessat admiratio, dum videam nunc, veritatem ab ijs, qui illam in proximi salutem extollere tenerentur, non delectu doctrinæ, aut scientiæ, sed impetu stolidaque temeritate priusquam rei causa intelligatur, iudicari, damnari, & abijci, vt toto hoc scripto à capite ad calcem vsque diffusè admodum, non opinione tantum hariolorum more, sed clarissimis rationibus, auctoritate, opere, & experientia demonstraui; proindè huiusmodi putatijs, insipidique doctores ex theatro sapientiæ sibilo per quam maximo vna cum eorum emendicatis ineptissimisque receptulis malè intel-

intellectis falsissimè approbatis ad ignauos suos socios eijciendi, & aquam primùm explodendi sunt, vt antiquissima Hippocratica vera medicina omnium artium nobilissima, è vulgi contemptu exire, & paulatim in pretio haberi atque resurgere possit.

a Accipite ergò curiosi lectores antiquam veritatem amantes CLAVEM, quà vetustissimam Hippocraticæ Medicinæ arculam aptissimè aperire, & explicare potestis, quam vobis nunc animo æquo, atque fideli offero. Ignaui autem doctores, qui vlcerosa, & reformata sua doctrina naturæ ordinem euertere, & Hippocraticæ Medicinæ progressum in proximi detrimentum impedire tentant; procul à veritatis luce in densissimis tenebris versantur; qui cum proprijs viribus emergere nequeant, prędecessorum famam, & ipsa naturæ opera contumeliosè dilacerare, & contemnere student, vt apud sui similes nomen & gloriolam temporis captent. Mirum dictu! vsquè adeò percrebuisse vesanam hanc maledicendi libidinem (cuius occasione maiori lumine fulget inconcussa antiquorum sapientia, & nobilissimæ Hipp. Medicinę fundamentalis veritas & excellentia) vt postposito decore temerè auferint contra mentem

a *conclusio*.

Hippoc. & Galeni imò contra ipsam veritatem, experientiam, atque eius gentium petulanter insurgere, & aperte in perpetuum crimen miserrimas fatuitates, falsaque recepta in posteritatis, & proximi detrimentum extollere, subscribere, & approbare. Ponderet itaquè incontaminatus, lector æqua lance, & moderato animo antiquissimam hanc veritatis doctrinam, & veterum nostrorum firmissima fundamenta, quæ in Hippoc. Chim. & in hoc comentariolo, iuxta eorum sententiam iacta & stabilita sunt, & iustam quin ferat sententiam, non dubito: ex ijsdem enim fontibus omnia experimenta deprompta intelliget, ex quibus veneranda antiquitas, & recentiores additorum naturæ interpretes ea deduxerunt, minimeque fallacia esse deprehendet: imò reperiet causarum inter se necessarias connexiones, alias ex alijs, vltima à primis, infima à supremis, maiora à minoribus, minora à maioribus, debilia à potentibus doctissimo naturæ ordine inuicem dependentia, & mutua commutatione, digestione, & fermentatione augeri, conseruari, interire, & rursus coram oculis nostris in entia noua resurgere, vt Hip: de diæta. *a* Et sicut in macrocosmo talia infallibiliter esse mechanicè ostendi:

sic

a *Hermes in scedula.*

ſic quoque in microcoſmo eiuſmodi eſſe debere omnibus experimentorum indicijs iuſta ratione ex veterum ſententia concluſi. Ideòque hac methodo fieri morbos, & eadem methodo depelli, cum ars imitetur naturam, & hæc rurſus artem Hippoc: nos docuit: cuius antiquiſſimam doctrinam IGNE & AQVA firmiſſimis principijs ſuffultam contra omnem iniquam inuaſionem, dum ſpiro, ſolus defendere confido, eò quod pro hac re obtinenda non indigeo ſicut Nobiliſſimæ Medicinæ deſtructores meretricum more multis blandientibus procis. Styli autem inelegantiam ſi quis accuſet, bilem neutiquam mouebit. Itaque permitto vnicuique ignoranti, vt ganniat, oblatret, vociferetque, non enim formido crabronum ſtrepitus, qui magnitudine, & multitudine quidem horribiles ſunt, aculeis tamen deſtituuntur, & pro viribus, quantum velint, & queant, nitantur victoriam nunquam aſſequentur. *a* Cæterum illud te Atratine admonitum volo primum quali es, talem te eſſe exiſtimes, vt quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate ſeiungas, deindè vt ea in alterum ne dicas, quę cum à te falsò reſponſa ſint, erubeſcas. *b* Noui equidem clypeum (ſine iactantia dico) dextra,

I 3 leua-

a *Ciceso*. b *Horat*.

leuaque mouere, immò noui probe & ipse & petere probris inimicaque dicere dicta. His placidi animi lector concludimus cum liber suo iure longior esse nequeat, sed in posterum grauiori sono tibi musa nostra loquetur.

FINIS.

Ostende meliora si potes; & tunc carpe mea, tibique gratias habebo.

I N-

INDEX

Capitum hac in Claue contentorum.

Scrittura che non apparisca
sopra la carta e poi far che apparisca
quando ti piacerà

Dissolvi nell'acqua sal di Saturno e
poi scrivevai sopra la carta con essa
che non comparirà scrittura alcuna e
quando vorrai che comparisca bagnala
di liscia di calce viva et arsenico, o
risigallo bagna con spugna ... un altra
carta e ponila sopra la carta scritta
che usciranno le lettere nere

Ambra gialla da render dolce
come olio ... pag. 62

Modus preparandi salia con
servendo ... vegeta
bilium pag: 62

Cristalli di ... pag: 127

Modus scribendi literas ita
proprio ut appareant dopo scritte
appareant, pag: 142

Paronychia facilis et subita cura
tio. pag: 110

Pietra ... unisce bia
... medium. pag: 151

Sicca d[ict]el colubro sive lapis serpentis capillaris pro morsu canis rabidi — 290

Pro suffusione sanguinis in oculo lapis serpentis aliga[tu]s — 290

Da ... ... pag: 290

Salis viperini saturatio sive exaltatio fit cum suo proprio alcali, per congruentem d[igest]ionem pag. — 169

Hippocr: Si quis non credit animam orri ... admisceri demens est. pag — 299

Contro l'Sterilita

Si procuri di auere la Pietra che si troua nel fiele dal Vitello e se ne prenda una portione in un brodo o altro liquore appropriato che sicuramente sana l'infermo con l'aiuto d'Dio.

La Pietra é piccola e si puo spartire in quattro volte ff.

Extractio ani
me a Duel.
Pag: 189.
Calces resiste
redure reduun
tur in metall
sequenti modo idest
Rx: Regulum
Antim: 9.3. Sanl
2.2. minutissi
me pulverizentur
et distilla in
ueniet oleum quod
sume calcem sunc
pone in Phiala,
ut ea corporis
ad digitum, postea
distilla, coho
bando ter, quo
facto sume sal
sesque etc. fiende
Vide pag 189